Paſſio Domini

NOSTRI IESV CHRISTI SECVNDVM MATTHAEVM in decem Homilias diuiſa, per D. Ioannem Chryſoſtomum.

ESAIAE LIII.

Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus.

PARISIIS

Apud Carolam Guillard, in via ad diuum Iacobum, ſub Sole aureo.

1543

Homilia lxxx.

EX CAP. MATTHAEI XXVI.

SCITIS *quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur.* Rurſus quando de regno, de retributione futura, de æternis cruciatibus diſſeruit, opportunæ paſſionis meminit: ac ſi diceret, Quid formidatis propter has temporales afflictiones, cum æterna bona vobis præparata ſint? Tu autẽ perpende, quo pacto quod eos maximè contriſtabat, nouo quodam obduxit artificio, tam in ſuperioribus vniuerſis, quàm in hoc loco: non enim dixit, quia poſt duos dies tradet, ſed quia poſt duos dies paſcha fit. & tunc adiecit, Et filius hominis tradetur: vt oſtendat myſterium hoc eſſe maximum, diem feſtum atq; ſolennitatem, quæ ad ſalutem orbis celebratur. Et quoniam ad conſolationem eorum ſufficiebat, omnia ipſum præſcire quæ paſſurus erat, idcirco modò nihil de reſurrectione ſubiunxit, ad hæc quia ſuperfluum fuit, cũ tot tantaq; de ipſa diſputauerit, in mentionem eius rurſus incidere. Præterea vt diximus, quia per paſcha, priſca illa quæ in Aegypto facta fuerant beneficia, in memoriam eorum reduxit, propterea oſtẽdit paſſionem ſuam à mille afflictionibus homines liberaturam. *Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, & ſcribæ, & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum qui dicitur Caiphas, & conſilium fecerunt, ut* IESVM *dolo tenerent & interficerent. Dicebãt autem, non in die feſto, ne forte tumultus fiat in populo.* Vidiſti maximam Iudaicarum rerum perturbationem atque corruptionem. Iniquiſſima penitus aggreſſuri negocia ad ſummũ pontificem veniunt, vt inde licẽtiam ac poteſtatem accipiant, vnde à talibus prohiberi oportebat. Quot autem erant principes ſacerdotum? Lex quidem vnicum eſſe voluit, ſed multi tunc erant: vnde liquet, quia res iudaica diſſolui iam inciepiebat. Moſes enim, vt dixi, *Exod. 12.*

vnum iuſſit eſſe,quo mortuo,alterum creari voluit,vita cu ius exilium eorum terminabat, qui homicidium nolentes commiſerunt. Quomodo igitur tunc multi erant? án ne

Luc.1. poſtea facti ſunt?& hęc de Zacharia verba Lucas faciens, ſignificauit,dicēs,ex viciſſitudine ipſum Abiæ fuiſſe. Principes igitur ſacerdotum hic eos dicit,qui de principibus ſacerdotum fuerunt. Quod autem cōſilium ceperunt? Vt occultius eum caperent atque interficerent: vtrunque occultius facere volebant: populum enim valde formidabāt, ac ideo præterire diem feſtum volebant,dicentes: *Non in die feſto.* Nam diabolus ne manifeſtè paſſio extaret,ad aliud tempus reiicere ipſam ſtudebat. *ne tumultus fiat in populo.* Conſidera valde ipſos timere,non deum, neque ne maius ſcelus eſſet in ipſa paſchæ celebratione tam tetrum facinus facere,ſed homines & tumultū:ira tamē inflammati, poſteaquam proditorem inuenerunt,commutati expectare nō potuerunt,ſed in ipſa ſolennitate ipſum occiderunt: quaſi enim cæci cupiditate furoréque irritati,quamprimùm ſibi facultas data eſt peregerunt. Et quanuis ipſe nequitia illorum diſpēſando in melius vtebatur,non tamen hac de cauſa impuniti euadent,cùm mille cruciatus ex volūtatis prauitate mereantur , qui eo tempore quo noxij etiam ſoluebantur,innocentem interficere voluerunt,à quo innumera,& immenſa beneficia ſuſceperunt,qui propter illos,gētes interea negligere videbatur. Sed ô miſericordiam atq; benignitatē Chriſti,qui ad tā nequā homines, tamq; proteruos,apoſtolos etiam ſuos poſt reſurrectionem ſuam miſerit,ad manifeſta pericula,mortémque certiſſimam. Talia ergo habentes exempla,non dico moriamur pro inimicis, licet hoc quoque haud recuſandum eſſet, verùm quoniam infirmiores ſumus,illud interea dico non inuideamus amicis,non inſectemur liuore benefactores,nō dico interim, vt malè nobis facientibus beneficia conferamus, quanuis etiam hoc deſidero: ſed quoniā tardiores ad perfectiorem virtutem eſtis,ſaltem vlciſcendi animū deponite an fortè putatis ſcenam eſſe quandam hæc noſtra,& hiſtrionum ſimulationis plena? Cur contra veritatem pugnatis? non temerè ſcripta ſunt omnia quæ fecit, quæ certè poterant eos reuocare: verùm vt tu Chriſti bonitatem imiteris,vt miſericordiam

ricordiam eius ſequaris. Nam illos vel ſupinos in terram proiecit,& auriculam ſeruo reſtituit,& humiliter eos allocutus eſt,& mirabilia pendẽs in cruce ſigna ędidit,radios ſolis auertens,lapides findens,mortuos ad vitam reuocãs, vxorẽ iudicis ſomniis territans,& in ipſo iudicio inauditã humilitatem oſtẽdens, quæ nõ minus quã ſigna potuiſſet eos attrahere,multa etiam prædicens, & in ipſo patibulo crucis exclamãs: Dimitte ipſis pater hoc peccatum. Sed ſe- Luc.23.
pultus quę nõ fecit ad ſalutẽ ipſorũ?ſed poſt reſurrectionẽ non ſtatim Iudæos vocauit?non peccatorũ dedit remiſſionem,milléque alia bona contulit? Quid enim mirabilius, quàm eos à quibus crucifixus atque occiſus eſt in adoptionem filiorũ dei ſuſcipere? Quid hac pia cura, ſimul ac prouidentia maius inueniri vnquàm poterit? hæc nos audientes,velamine faciem operiamus, cum tam procul nos diſtare ab eo videamus,quem imitari iubemur.Perpendamus quanto diſcrimine ab ipſo differamus, vt nos condẽnantes,rectius pœnitẽtiam agere poſſimus,nec eos offendamus,pro quibus animam Chriſtus tradidit ſuam. Nos verò nec reconciliari volumus illis, quos vt recõciliet,nec acerrimum quidem atque infame genus mortis recuſauit. An forſan expenſam etiã hoc quandam, & pecuniæ proiectionem putatis quod de eleemoſyna dicere ſoliti eſtis? Cogita quàm obnoxius ſis,& non ſolum nõ retardaberis? verumetiam rurſum ad eos qui offenderũt venies,omemq; læſionẽ ſibi dimittes,vt indulgentiæ tibi cauſa id fiat,vtq; tuorum malorum ſolamen inuenias.Gentiles ſępenumero nihil magni hac ex re expectantes,facilitate animi hoſtibus atque inimicis pepercerũt: & tu qui ad tantã ſpem hîc profectꝰ es,retardaris,atq; torpeſcis. Et quod tẽpore ipſo duce conficient,id tu propter legẽ non prius conficies,ſed expectabis,vt ſine præmio ac laude tua perturbatio hęc animi extinguatur,quam tu cum magno præmio deponere potes:preſertim cũ certiores ſimus,ſi tẽporis beneficio indignatio animi ceciderit,non paruos nobis imminere cruciatus:quia quod in nobis tempus efficit, id mãdata dei facere nequierunt. Si autem inflammari tẽ dices,cum in mẽtem tibi contumeliarum veniat,repete potius,ſi quid boni tibi ab iniuriato collatũ eſt, & quot tu afflictiões aliis intuliſti,

tuliſti. Detraxit tibi,& oblocutus de te eſt, expende ſi quid ſimile aliis tu vnquam feciſti. Quomodo igitur veniam impetrabis, quam aliis concedere non pateris? At nihil tale, inquies, vnquam dixi. Sed audiſti libenter alios talia dicẽtes, quod abſque culpa eſſe non poteſt. Vis diſcere quãmagnum bonum ſit iniuriarum obliuio,& quomodo ſummopere ea deus placatur? eos qui lætantur, quoniã iuſtè ab eo quidam puniti ſunt, nõ patitur omnino impunè id facere. Nam & ſi iuſtè illi vexati ſunt, ſed gaudere te hac de cauſa non oportet. Vnde propheta multa criminatus, hoc tandẽ
Amos. 6. ſubiunxit, dicens: Non paſſi ſunt aliquid in contritione Ioſeph. & rurſus: Non exiuit ex domicilio ſuo ad plangendã vnam domum coniunctã ei. Ita quãuis Ioſeph, & tribus ex eo, & vicini eius ex dei ſententia punirentur, ſed tamen etiam iſtis condolere nos vult. Nam ſi nos qui nequam ſumus, quando in ſeruum noſtrũ animaduertimus, cõſeruorumque aliquem ridentem cõſpeximus, adeò irritamur, vt ad ridentem iram deriuemus: quãto magis deus ſuppliciis aliorum lętantes torquebit? Quod ſi lętandum non eſt, ſed condolendum his qui à deo puniuntur: multò magis his cõdolendum qui nos offenderunt: eius nanque charitatis id ſignũ eſt, quam deus cæteris omnibus anteponit. Nam ſicut illi flores colorũ precioſiſſimi ſunt, quibus trabea imperatoris tingitur: ſic illę virtutes magni precii ſunt, quib⁹ charitas cõtinetur. Nihil porrò charitatẽ ita cõtinet atque cõſeruat, vt cõmiſſorum aduerſus te peccatorũ obliuio. An forſan de altera parte nihil deus curauit, an lædentẽ ad læſum nõ miſit? Immo ab altari ad illum miſit, & poſt reconciliationem ad mẽſam quoque vocauit. Sed noli tu hac de cauſa illũ expectare: omnia enim ſic perdidiſti, propterea enim ineffabilis tibi merces repoſita eſt, vt illũ præuenias. Nam ſi rogatus reconciliaberis, non mandato dei, ſed ſtudio illius reconciliatus, brauia illi reliquiſti. Quid tu ais, non veteris hominẽ inimicum habere? Nõne ſufficit nobis diabolus, ſed eiuſdem etiam generis inimicos attrahimus? O vtinam nec ille bellum nobis indixiſſet, vtinam diabolum ſe non feciſſet. Neſcimus inſani, neſcimus quãta in reconciliatione voluptas ſit, quam in ipſis inimicitiis intelligere non poſſumus. Verum quanto ſuauius amare iniuriãtem,

tem quàm odiſſe,poſt depoſitas inimicitias optimè perci-
pies. Cur igitur furore agitatos imitamur, alter alterũ den
tibus lacerantes,& in propriam carnem inſanientes? Audi *Eccle. 8.*
inquãta cura etiam legis tempore de hoc habebatur: viæ in-
quit recordantium mala in mortem,homo homini conſer-
uat iram,& à deo quærit ſanari. Atqui oculum pro oculo, *Exod. 21.*
& dentem pro dente conceſſit, quomodo igitur increpat,
atq; criminatur ?Quia illa nõ vt alter alteri faciamus per-
miſit,ſed vt formidine pœnæ à ſimilibus abſtineamus. Prę
terea repentinę iſtę irę ſunt,iniuriarum verò memoria ani
mi eſt perniciem diutius cogitantis. Sed malè me vexauit,
inquies. Nunquam ille tantum tibi facere potuit,quantum
tuipſe tibi læſionis memoriam retinendo. Præterea nõ eſt
poſſibile virum fortem mali aliquid pati. Fingamus enim
quempiam liberos & vxorem habentem philoſophari,qui
etiam detrimẽti occaſiones habeat multas,magnos ſibi pe
cuniarum aceruos,amicos quãplures,principatum nõ par-
uum,honores denique ingentes: veruntamen Philoſophię
ſummopere inhæreat:huic homini fortunę vulnera cogita
tione afferamus. Nequam igitur aliquis damno ei non mi
nimo ſit,quid igitur ad eum,qui nihili pecunias ducit? Li-
beros eius interimat alius,quid ad eũ qui de reſurrectione
quotidie philoſophatur? Vxorem occidit quiſpiã,quid hoc
ad eum,qui doctus eſt nõ lugere dormientes? Vituperatio
nem alius ei afferat,quid ad eum qui florem fœni præſen- *1. Cor. 4.*
tia cũcta exiſtimat? Si vis & corpus eius cædatur,& in car- *Rom. 5.*
cerem quoque trahatur,quid ad eum qui ſemel ſibi omni-
no perſuaſit,quanuis exterior homo corrumpatur, interio
rem tamen renouari : &, quia tribulatio patientiam effi-
cit? Sic ego hunc hominem nihil mali paſſurũ oſtendere
pollicitus ſum, oratio verò progrediens, probiorem, at-
què perfectiorem fieri tentationibus demonſtrauit. Noli-
te igitur in alios veſtro detrimento incitari, acumen ani-
mi infirmius facientes. Non enim ex prauitate proximi
magis, quàm veſtra hæc concitatio malignitate prorum-
pit. Quapropter ſi quis contumelietur, lachrymamus
confeſtim atque contrahimur. Siquis noſtras rapiat, eo-
dem pacto mouemur, infantium vicem ſupplentes, quos
qui liberiores ex æqualibus ſunt,parua,aut nulla plerũque

de cauſa ad dolorem impellunt, quos tamen ſi moueri atq; dolere viderint, non deſinunt mordentes: ſin verò ridẽtes atque paruipendentes, confeſtim eos omittunt. Sed nos etiam iſtis ſumus amentiores, his de rebus plangentes, de quibus magnopere ridendum eſt. Quas ob res vehementer vos hortor, vt his puerilibus contemptis moribus, ad cęlos aſpiremus. Viros enim, & viros perfectos Chriſtus nos eſ-
1.cor.14. ſe deſiderat, ſicuti Paulus quoq; iubet, dicens: Nõ ſitis pueri mẽte, ſed malitia paruuli eſtote. Infantes igitur ſecundum nequitiam ſimus, & malignitate omiſſa virtutem amplectamur, vt ad æterna perueniamus, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

HOMILIA LXXXI. EX CAP. XXVI.

Cum autem eſſet in Bethania in domo Simonis lepro ſi, acceſſit ad eum mulier, alabaſtrũ unguẽti habens precioſi, & effudit ſuper caput eius recumbentis.

Hęc mulier vna & eadẽ apud omnes Euãgeliſtas eſſe videtur: meo autẽ iudicio eadem eſt apud tres, alia verò quędã
Ioan.12. & mirabilis Lazari ſoror apud Ioannẽ. Non autem abſque cauſa lepræ Simonis mentionem facit Euangeliſta, ſed vt aperiat, quare confidẽs acceſſit mulier. Nam quoniam im mũda quædam res, & abominabilis ęgritudo lepra eſſe videbatur: vidit autem curatum Simonẽ à Ieſu (nõ enim aliter hoſpitatus apud leproſum fuiſſet) vehemẽter ſperauit, animæ quoq; ſuæ ſordes facile poſſe ab eo detergi. Ciuitatis autem Bethanię nomen nõ ocioſè addidit, ſed vt diſcas ſponte ad paſſionem accedere. Nã qui prius à Iudæis ſibi cauebat, quãdo maximè inuidia exarſerunt, tunc propius ad eos venit, vt circiter duo milia paſſuũ à Hieroſolymis abeſſet. Qua ex re manifeſtè patet diſpẽſatiõis quoq; priores fuiſſe receſſus. Cũ igitur, vt diximus, apud Simonẽ mu
Luc.8. lier ipſum vidiſſet, fiducia inde capta, ingreſſa eſt. Nã ſi illa quæ ſanguinis fluxũ patiebatͣ, quanuis talis flagitii ſibi conſcia non eſſet, tamen quoniam naturę quodam defectu immũda videbatur, timẽs ac tremens acceſſit: multòmagis timendum iſti erat, quæ cõſcientię pondere premebatur. Quocirca poſt multas mulieres, poſt Samaritanam, poſt Cananæam, poſt eam quæ fluxum ſanguinis patiebatur, alias

alias quoque complures, Ieſum adire auſa, quia turpis vitę conſcia, factum eſt, vt nec publicè, ſed in domo atque priuati acceſſerit. Cumque cęterę omnes curationis corporeę gratia adiſſent, ſola hæc ad honorem ei conferendum, & animæ incolumitatem acquirendam acceſſit: nulla enim corporis ęgrotatione laborabat, vnde meritò de animo atque affectione ipſius erga Ieſum quiſpiā admirabitur: pręſertim tamen cum non vt homini nudo afferret honorem, ſed vt maiori cuidam, ſupráque hominem. Quippe cū capillis abſtergeret pedes eius, honorabilius in toto corpore membrum, caput dico ſuum pedibus Chriſti ſubiiciebat.

Videntes autem diſcipuli eius, inquit, moleſte tulerunt, dicentes: Ad quid perditio hæc? potuit enī unguentū hoc uenūdari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Ieſus, dixit: Cur moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me: pauperes enim ſemper habebitis uobiſcum, me autem non ſemper habebitis. Cum enim hæc immiſerit unguentum hoc in corpore meo, ad ſepeliendum me fecit. Amen dico uobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod fecit in memoriam eius. Vnde diſcipulis hæc cogitatio ſuborta eſt? Audierūt ſanè dicentem magiſtrum: Miſericordiam volo & non ſacrificium, Iudæosq; increpantem, quia grauiora, iudicium ſcilicet, miſericordiam & fidem negligebant. Multa enim alia de eleemoſyna in mōte ab ipſo diſputata meminerūt, ex quibus omnibus inferebant quoniam ſi holocauſta, & priſcum cultum non ſuſcipit, multo minus huius vnguēti effuſionem gratam habebit. Sic igitur illi cogitabant, ipſe verò mentem eius apertiſſimè videns, & quanta religione, quantóque ſtudio erat ſuccenſa, non ſolum hoc, verumetiā valde condeſcendens in caput ſuum effundi vnguentum permiſit. Nam ſi hominē aſſumere, & vtero mulieris portari, & educari lacte non recuſauit: cur miraris, ſi hoc quoque nōn depulit? Et certè quemadmodum pater eius nidorem & fumum, ſic & ipſe meretricem ſuſcepit, mentem & animum eius conſyderans. Etenim Iacob ſtatuā Deo inūxit, & ſacrificiis oleum offerebatur, & ſacerdotes vnguento vngebantur. Diſcipuli autem qui mentem eius perſpicere non poterant, importunè criminabantur, & accuſantes munificentiam mulieris oſtendunt. Nam quum dixiſſent,

Oſee. 6. *Gene. 28* *Lu. 2 & 8*

ſent, vendi trecentis denariis vnguentum illud potuiſſe, quantum ipſa edidiſſet aperuerũt,& ſic magnanimitatem eius manifeſtarunt. Ieſus autem increpat, dicens: *Cur moleſti eſtis huic mulieri?* E t rationem vnam affert, qua rurſus in paſſiõis ſuæ memoriam eos inducit. Ad ſepulturã enim meã hoc fecit, ait alterã: *Pauperes enim uobiſcum ſemper habetis, me autẽ nõ ſemp habebitis. Et vbicũq; prædicabitur hoc Euãgeliũ, factũ & iſtius dicetur.* Perpẽdis quomodo exitũ ad gẽtes prędicit, hinc etiã mortis ſuæ ſolamẽ diſcipulis afferẽs. Siquidem tanta poſt crucem virtus eius futura eſt, vt vbique terrarum prędicationis ſplendor refundatur. Quis igitur poterit aduerſus veritatem hanc tam latè longéque patentem quicquam opponere? factum enim iam videmus, quod prædixerat, & quocunque terrarum ibis, hanc mulierem prædicari audies. Et certè nec inſignis quædã, & nobilis fuit perſona, nec multitudine teſtiũ res celebrata eſt, nec in theatro, ſed in domo, & in domo leproſi confecta, vbi diſcipuli ſolummodo aderant. Quis igitur tam abiectę mulieris factum ita exclamauit, vt per totum ſic orbem, & ab omnibus audiretur? Virtus profectò eius qui hæc prędixerat. Et quidem regum, ac imperatorum res geſtæ, quorũ nonnulla remanent monumenta omnino tacent: & de pleriſque eorum qui vrbes condiderũt, mœnia erexerunt, bella geſſerunt, trophæa ſtatuerunt, multaſque gentes ſubiugarunt, quanuis & ſtatuas ſibi fecerint, & leges ſanxerint, nulla tamen ſit mentio, multiſque ipſorũ nec nomine quidem extãt. Quod autem meretrix mulier in domo cuiuſdã leproſi decẽ viris præſentibus oleum effudit, id per vniuerſum orbem tanto tempore tranſacto decantatur, ſed Indi, Scythæ, Traces, Sauromatæ, quique Mauritaniam, quique Orchadas inſulas habitant, quod in domicilio pauperis à flagitioſa fuerat factũ muliere, magna prædicant voce. O ineffabilem miſericordiam domini, qui à meretrice muliere pedes ſuos oſculari patitur, & oleo precioſo perungi, & pilis capitis eius abſtergi: nec patitur ſolùm, verumetiam increpat criminantes. Non enim debebat pro tãto mulier ſtudio reprehendi. Tu autem illud conſidera, quomodo iam ſublimes animo, & ad eleemoſynã proniores erant diſcipuli. Sed quam nam ob rem non ilico dixit, quia opus

bonum fecit:ſed antepoſuit, Quid moleſti eſtis huic mulieri? Vt erudiret eos, nō ſtatim ab incunabulis ab imbecillioribus ſublimiora eſſe petenda. Quapropter nō rē ipſam ſolūmodo nudā, ſed perſonā mulieris coniunctā expoſuit: quā certè ſi legē ſanciret, nō appoſuiſſet. Ideo ergo perſonā cum re ſimul accepit, vt diſcas tu gratia mulieris hęc dicta eſſe, ne geminantem fidem eius decuterent, ſed irrigarēt magis, ac ad maiora protraherēt: vnde nos docet, quādo bonum quicquam fieri videmus, etiā ſi exactiſſimè nō fiat, ſuſcipiendum tamen nobis eſſe, & fauore noſtro ad vlteriora prouehendū. Non eſt enim exquiſitiſſima ratio ſtatim in principio rerum quærenda: hoc Chriſtum ita velle, inde patet, quia quum nō haberet vbi caput declinaret, loculos tamen circunferre iuſſit Præterea nō erat tēpus tūc factum mulieris corripiendi, ſed commendandi dūtaxat, atque approbandi. Et quēadmodū, ſi quis ipſum anteq̄ mulier hoc feciſſet interrogaſſet, non admiſiſſet: ſic poſtquā fecit, illud vnū ſolummodo reſpicit, ne increpatione diſcipulorū ancipiti animo turbetur, ſed hortatu ſuo maiore animo ſuſcepto recedat. Non erat enim amplius increpatio poſt effuſionē olei opportuna. Ita & tu ſi præparaſſe quoſdā vaſa videris ſacra, aut ornatum quendā alium circa parietes eccleſiarum, & pauimenta confeciſſe, noli reprehendere aut venundari iubere quod factū eſt, ne animū eius qui fecit perturbes: Sin verò antequā fecerit, te cōſuluerit, pauperibus offerre iubeto. Verū quoniā ad ſepulturā ſuā id ipſam feciſſe dixit, ne cōfundatur mulier, ſepulchrū & mortē audiens, vide quēadmodū rurſus ipſam corroborat. In vniuerſo, inquit, orbe quod iſta fecit dicetur: quod & diſcipulis ſolamē affert, & illi ſolamē ſimul & laudē. Vniuerſi enī factū ab ea decātabūt, inquit, & modò paſſionē meā ꝑdixit, q̄ ad ſepeliēdos homines pertinēt adducēs. Nemo igitur ipſam increpet, quū ego adeo ꝓcul abſim, vt ipſam quaſi male fecerit reprehēdā, vt nec latere qdē id patiar, ſed vbiq; terrarū, quoniā mēte pia, & feruēti fide factū eſt, ꝑdicari faciā. Quā aūt ob rē nihil ſpiritale, ſed ꝑpetuā mulieri memoriā pollicet? Hac laude de ſpiritalib' etiā cōfidere ipſā effecit, Si enī bonū opata eſt op', ꝓculdubio digna op' mercede nō fraudabit. *Tūc profectꝰ unꝰ ex duodecim, qdicebatur*

batur Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotum dixit: Quid uultis mihi dare, & uobis tradam eum? Tunc iſtud ad quod nam tẽpus referendum eſt? Non ad aliud certe. Nec quando audiuit, quia prædicabitur vndique hoc Euangeliũ: ſed quãdo etiam mulieres, atque infantes tanto Chriſtum perſequebantur honore, tunc ipſe diabolicum facinus meditabatur, & peragebat. Cognominant autem eum, quia erat etiam alius Iudas, nec verentur dicere ex numero ipſorum duodecim ipſum fuiſſe: ſic etiam nihil eorum occultãt, quæ opprobrioſa ſibi eſſe videbantur. Et certè potuerunt ſimpliciter dicere ex diſcipulis illum fuiſſe. fuerũt enim & alij præter duodecim: nunc autẽ ex duodecim addunt, ac ſi dicerent, ex primo eorum choro quos quaſi optimos elegit, qui cum Petro atque Ioanne vnius ordinis erant. Vnica quippe cura illis ſolummodo fuit, non tenebris obducendi quæ facta ſunt, ſed veritatis exponendæ: quocirca multa de ſignis prætereunt, & nihil eorũ quæ ignominioſa videntur occultãt, ſed ſiue verbum ſit, ſiue res quæpiam, opprobrioſè dictum aut factum liberè id prædicant: nec cæteri tantum, ſed ipſe quoque grandiloquus Ioannes diligenter obſeruat. Exquiſitiſſimè nanque omnium contumelias & opprobria in Chriſtum facta cõſcripſit. Vide autem Iudæ malignitatem, qui ſponte ad prodẽdum abiit, qui argento id facit, & argẽto minimo. Lucas verò ait, cum magiſtratibus ipſum pepigiſſe. Nã propter

Luce.22. Iudæorum ſeditiones quoſdam præfecerunt Romani, qui eos in ordinem redigerent. Iam enim principatus eorum ſecundũ prophetiam translatus erat. Ad magiſtratus igitur ꝑfectus dixit: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam ipſum? *Iſti autem ſtatuerunt ei triginta argenteos. Ex tunc quærebat opportunitatem, ut ipſum traderet.* Nam quoniam multitudinem timebat, tempus quærebat, quo ſolum poſſet circũuenire. O ſingularẽ amentiam, qua penitus habendi cupiditate fuit excæcatus. Nam qui ſæpius vidit ipſum per medios inimicos tranſiſſe, qui diuinę omnipotentiæ ipſius multa documenta re ipſa percepit, retineri ipſum poſſe putauit, præſertim quum tot ſibi tã terrẽtia, q̃ mulcentia verba ab eo dicerentur, vt ſceleratam hãc cogitationẽ ab ipſo abiicere omnino debuerit. Nã quanuis

nec

nec etiam in ipſa cœna curam eius prætermiſit, ſed vſq; ad vltimã penè horã, qua fuit traditus, de hac re ille ęnigmaticè loquebatur: nihil tamen ille lucrare potuit, nec propterea donum⁹ quæ ſua ſũt facere ceſſauit. Hoc igitur probè tenentes, cunctà libenter ad reuocandos peccatores, & deſides faciamus, admonentes, docentes, exhortantes, rogantes, conſolantéſque non ceſſemus, etiã ſi nihil prodeſſe videamur. Nam & Chriſtus quanquam inemendabilẽ Iudæ in miſericordia duritiem non ignorabat, non tamẽ ceſſauit quę ſunt ſua facere, admonẽdo, minitãdo, & quaſi miſerum lachrymando, nec apertè vnquam & liquidò, ſed vt occultius, ita illi expreſſius. In ipſo vero proditiõis momento, & oſculari ſe ab eo dignatus eſt: ſed nihil hinc ille conſequutus eſt, tantus certè, iámque incredibilis auaritiæ furor eſt: hæc enim illum & proditorẽ nequiſſimũ, & ſacrilegum nefandiſſimũ fecit. Audiatis hæc attentius omnes auari, qui grauiſſimo Iudæ morbo laboratis: audiatis inquã, & teterrimã hanc ægritudinem fugiatis: nanque ſi qui vnà cum Chriſto viuebat, ſi qui doctrinam Chriſti audiuit, ſi qui ſigna fecit, in profundiſſimum malorum barathrum ex hac ægritudinę præcipitatus eſt: multò faciliùs vos, qui nec ſcripturas audiſtis, & ſecularibus rebus affixi eſtis, hic morbus aggredietur, niſi iugiter atq; perpetuo vigiletis. Quotidie ille cũ eo erat, qui nõ habebat, vbi caput reclinaret: & quotidie & verbis & operibus inſtituebatur, vt non argentum, non aurum, non duas tunicas habere vellet, & tamen deprimere ſe non potuit. Quomodo igitur tu ſperas abſq; magna cura & diligenti ſtudio contagionem huius morbi effugere? Terribilis certè, terribilis hæc belua eſt, ſi tamen volueris facilimè ipſam ſuperabis: nõ habet enim à natura originẽ hæc cupiditas. Nam quæ à natura ſunt, vniuerſis hominibus cõmunia ſunt: hęc autem cũ omnibus non inſit, ex deſidia ſolum originẽ trahit: inde naſcitur, inde augetur, inde conſeruatur: quũ aliquos in ſeruitutem ſuam attraxerit, confeſtim illis præter naturam viuere perſuadet. Nam quum amicos, fratres, cognatos, vniuerſos ſimpliciterqui eiuſdẽ generis ſunt, & ad hæc omnia ſe quoque ipſos ignorant, pręter naturam certè viuunt: vnde patet præter naturã eſſe malignitatẽ, & peſtiferum

ſtiferum auaritiæ morbum:in quē & Iudas quum incidiſ-
ſet,proditor factus eſt:quem Chriſtus vocauit,nō coēgit.
Sanè dei vocatio nec mentem eorum, qui virtutem volūt
contemnere,vllo modo violentat,ſed hortatur quidē, ac
cōſulit,& omnibus modis bonos eſſe perſuadet: ſi verò a-
liqui reluctentur,nullo modo coërcet.Quod ſi vis diſcere
vnde huiuſmodi factus eſt,Argēti cupiditate ipſum depe-
riſſe inuenies.Sed quomodo inquies hac paſſiōe victꝰ eſt?
Ex deſidia certè,atque incuria.Vnde mutationes huiuſce-
modi ſic fieri ſolent:quemadmodum ſtudio,ac diligentia
illorum contrariæ.Multi enim ex rapacitate,ad lenitatem
omnino mutati ſunt:multi petulantes modeſtiam ample-
xi ſunt,multi auari priꝰ & odioſi alienorū inuaſores, poſt
4.Re.5. ea etiam ſua proiecerunt.Contrarium rurſus à deſidia ſo-
let accidere,Etenim Gihezi vnà cum viro ſancto viuebat,
& nequam hoc morbo affectus eſt.Peſſima nempe omniū
hæc paſſio eſt,hinc ſepulchrorum violatores,hinc homici
dæ,hinc bella & pugnæ,hinc alia quamplura mala oriun
Auarꝰ ad omnia inutilis. tur.Vbique certè auarus inutilis eſt, nec ad imperandum
exercitui,nec vt præſit populo commodus.Cur dico in re
bus publicis,quū in priuatis etiam inutilis ſit?Si vxor du-
cenda eſt,non probam,ſed impudentiſſimam omniū pro
pecunia eliget.Si domus emenda, non eā quæ homini li-
bero conueniat emet,ſed quæ multi poſſet locari. Si ſerui
& quicquid aliud comparandum eſt, viliſſimū ſemper in-
quiret.Quid minora percurro?ſi regnum orbis inuaſerit,
cæteris omnibus miſerior tamen eſt,atq; pauperior,terra-
rū peſtis,vrbiū pernicies,ſingulorum calamitas:non enim
quæ cæterorum ſunt, quaſi ſua tutatur, ſed veluti vnus ex
multis omnia rapit, pauciora putans cæteris omnibus ha-
bere. Nam quū cupiditati eorū quæ nondū poſſedit,ea quę
habet cōfert,nihil prorſus habere opinatur,propterea qui
Eccle.10. dā ait,nihil eſſe auaro iniquius. Qui auarus eſt,etiā ſeipſū
ꝑdit, auarus cōmunis omniū hominū hoſtis,auarus nō pa
rū dolet, quia terra ꝑ ſpicis aurū nō producit,quia fontes
non manant auro,quia mōtes loco lapidū aurū nōhabeāt.
Auarus fertilitatē tēporū moleſtè fert, & cōmuni fœlicita
te cōtrahitur,omnēq; faſtidit cauſſam, vnde argētū colli-
gere nō poteſt:è regione verò cūcta ſuffert,vnde duos ſo-
lummo-

lumodo capere obolos poſſit, omnes homines tã pauperes, q̃ diuites odio ꝓſequitur: pauperes, nequid ab eo petãt: diuites, quia quæ illorũ ſunt, nõ poſſidet: vniuerſos enim ſimpliciter quæ ſua eſſe deberẽt, occupare putat, ac ideo quaſi ab omnibus læſus omnib⁹ infenſus eſt. Hic quid plenũ ſit neſcit, ſaturitatẽ ignorat, omniũ deniq; ita miſerrim⁹ eſt, queadmodũ expers auaritiæ, & oppoſitę virtuti dedit⁹ omniũ eſt beatiſſimus. Quippe cũ virtuoſo, ſiue ſeruus ſit, ſiue dñs, nemo malefacere poſſit, nec ſi vniuerſi homines cũ armis, & machinis aduerſus eũ inſurgerẽt: neq̃ verò & rapax, & homo qualẽ deſcripſimus, etiã ſi rex ſit, etiã ſi mille purpuris exornetur, vel à quouis pati extrema poteſt: adeò improbitas imbecilla res eſt, adeò ecõtra virtus validiſſima. Quid igitur mœres, ꝓpter pauperiẽ? qd ploras quũ feſtũ diẽ habeas? Quid lamẽtaris quũ ſolẽnia ducas? Solẽnis quippe dies & feſt⁹ prudẽti pauperies eſt. Quid plãgis? ò puer? pueri enim certè huiuſmodi homines ſũt. Vapulaſti ab aliquo, qd hoc? fortiorẽ te reddit. Quiſpiã pecuniã ſurripuit tuã, in quo nã tui oneris partẽ ſuſtulit? Famã tuã læſit, ad aliã virtutis ſpeciẽ reſiliſti. Audias exteriores ſic philoſophãtes atq; dicẽtes, nihil te mali niſi fingas paſſũ ĩde fuiſſe. Sed magna te illa domo priuauit, & hortos circũpoſitos eripuit: Ecce vniuerſa terrã cõſpectu eſt tuo, ecce publica ędificia ſiue ad voluptatẽ, ſiue ad vſum ea requiris. Quid amœni⁹, aut pulchrius firmamẽto cæli? Quouſq; pauperes atq; inopes ſumus? Nõ poteſt diues eſſe, q animo pauper eſt: ſicut nec pauper eſſe poteſt, q animo diues eſt. Nã ſi excellẽti⁹, atq; pſtãti⁹ corpore anima eſt, nõ poſſunt q̃ corporea ſunt ipſã ad ſe nolẽtẽ attrahere. ſed illa q̃ princeps corporis eſt cũcta corporea, vt vult trahit, atq; trãſmutat. Nã & cor quãdo laborat, totũ corp⁹ patiť, & intẽperies ſua totũ corp⁹ aggrediť: ſicut ecõtra tẽperies toti corpori ꝓdeſt: qđ ſi qd cęterorũ lãgueſcat mẽbrorũ corde incolumi, & virtute vigẽti facilè lãguor etiã illi⁹ excutiť. Et vt apertiorẽ totã hãc rẽ faciã, dic quęſo qđ emolumẽtũ ex arbore futurũ eſt, ſi rami vireſcũt, & radix putreſcat? aut qđ detrimẽtũ arbor habebit ſi foliis exiccatis radix ĩcolumis penit⁹ ſit? Pariter hic igiť cogita, nullã vtilitatẽ eſſe pecunię, ſi anim⁹ pauptate deprimit: nec pauptatis vllũ on⁹, ſi anim⁹ diues exiſtit. Sed quomodo,

modo,inquies,diues animus eſſe poterit, ſi pecunias non poſſidet? imò verò tũc maximè ſummis diuitiis pollet. Nã ſi, vt ſæpius dictum eſt, id argumentum diuitis animi eſt quod pecuniam deſpiciat,ac re nulla indigeat, patet paupertatis è contrario argumentum eſſe, ſtudio & cura collectioni pecuniarum incumbere. Nec vllus vnquam dubitabit,faciliùs in paupertate, quàm in rerum copia poſſe pecuniam deſpici,ac multo magis à diuitibus,quàm à pauperibus magnitudinẽ pecuniæ concupiſci. Veluti etiã ebrius maiore ſiti vexatur,quàm qui modico vino vſus eſt. Non enim huiuſmodi cupiditas eſt,vt maiori cumulo rerũ poſſit extingui,ſed è contra inflammari, atq; incendi ſoleat: & quemadmodum ignis addita materia magis effertur,ſic pecuniarum cupiditas adiectione auri magis extollitur. Si ergo qui plura expetit inops eſt, at talis q multa poſſidet eſſe inuenitur,hic maxima paupertate deprimitur. Perpẽdis diuitis animũ in paupertate, & pauperis ecõtra in diuitiis eſſe, Sed in perſonis quoq; ſi placet, qualis ſit hæc res videamus. Ponamus ergo duos diuites,quorũ alter mille, alter decẽ habeat talẽta,pecunia ſua penit° ã quoq̃ priuari: vter igitur maiore vexabitur dolore? nõne patet, eum qui mille amiſit? Sed profectò nõ doleret, magis,niſi magis pẽcuniã amaret. Qui verò magis amat,magis certè concupiſcit: qui porrò magis cõcupiſcit: hic pauperior eſt. Illud enim maximè cupimus,quo maximè indigem°. Ex indigẽtia enim cupiditas originẽ trahit: vnde vbi ſatietas eſt,cupiditas eſſe nõ poteſt. Quippe tũc maximè ſitimus,cũ potu indigeamus. Hæc à me dicta ſunt,vt oſtẽdã, ſi vigilamus, neminẽ nobis nocere poſſe: vtq; pateat, non ex paupertate,ſed à nobiſipſis detrimentum nobis fieri. Quare vehementer omnes rogo atq; oro, vt omni ſtudio auaritiæ morbum expellamus, vt & hic in diuitiis nulla re indigentes viuamus,& æternis bonis perfruamur,gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

HOMILIA LXXXII. EX CAP. XXVI.

Prima autẽ azymorũ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicẽtes: Vbi uis parem° tibi comedere paſcha? Ipſe aũt dixit: Ite in ciuitatem ad quendã & dicite ſibi: Magiſter dicit, tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis.

Primam

Primam azymorũ eam diem vocat,quæ ante azyma erat. Cõſueuerũt enim à veſpere ſemper dies numerare, & eius mentionẽ facere in veſpere cuius paſcha erat immolandũ. Quinta enim ſabbati acceſſerunt,quam hic quidẽ primam azymorum,id eſt,ante azima vocat,tempus deſignãs quo acceſſerunt. Alius autem, Venit,inquit,dies azymorum,in qua oportebat immolari paſcha. Nã, Venit iſtud,propè & in ianuis erat,ſignificat,veſperã videlicet illam à qua inci piebant cõmemorans:ideo quiq; Euangeliſtarũ adiiciunt, quando immolabatur paſcha. Accedunt igitur diſcipuli ad Ieſum,& dicũt:vbi vis præparemus tibi comedere paſcha? Hinc etiam patet nullã ſibi domum,nullũ diuerſoriũ fuiſ-ſe,puto autẽ neq; diſcipulis eius. Nam profectò ipſum ad eos diuertere rogaſſent:ſed nihil erat etiam iſtis,omnibus iam antea propter Chriſtum neglectis atq; contẽptis. Cuius autem rei gratia venit ad paſcha? Omnibus ſemper vſq; ad vltimũ paſſionis diem non eſſe aduerſariũ ſe legi oſtendit. Sed cur ad ignotum eos hominem ire iuſſit? Oſtendere quoq; voluit,potuiſſe ipſum paſſionis tormẽta euitare. Nam qui mentẽ illius verbis ſolum induxit, vt ipſum cum diſcipulis vellet ſuſcipere:quid feciſſet crucifigẽdus,ſi pati noluiſſet?pariter etiã de aſina fecit. Si quis enim aliquid dixerit,inquit,dicite,quia dominus eius indiget,hic autẽ, Magiſter dicit,apud te cũ diſcipulis meis paſcha facio, dicendũ præcipit. Ego verò nõ id ſolùm admiror, quia ignotus erat,ſed illud multo magis ſtupeo, quia bellũ acerrimũ & inimicitias primatum hac ex re incumbere ſibi videns, omnibus his neglectis libenter obtẽperauit. Cęterum quia ignotus erat,ſignum eis dedit,quale de Saule propheta dicens:Inuenies hominẽ aſcendentẽ,& vtrem habẽtem: hic verò aquæ amphoram portantẽ. Tu autẽ perpende rurſus, quomodo virtus eius apparet. Non enim ſolùm dixit,apud te facio paſcha:ſed illud propoſuit, Tẽpus meũ propè eſt: quod fecit partim,quia volebat crebrò paſſionis memoriã diſcipulis inculcare,vt hac præmeditatione corroborati, minus turbarentur:partim vt tam ſuſcipienti,q̃ Iudæis, q̃ cæteris omnibus oſtenderet,quod ſemper dixit non inuitũ ſe ad paſſionem accedere. Cum diſcipulis autẽ meis dicit, vt & ſufficiens fieret præparatio, vt nemo latebras ipſum

Luc.22. *Mar.14.* *Ioan.11.* *1.Regũ 10.*

quærere ſuſpicaretur. *Sero autem facto diſcũbebat cũ duodecim.* O ingentẽ impudentiã Iudæ, aderat enim etiã ille, atq; myſterijs ac menſa cõmunicauit, & inter comedentes arguitur, quãdo etiam ſi fera eſſet immanis, ad lenitatẽ cõpelli potuiſſet. Præterea idcirco & Euangeliſta ſignãter dixit, quia comedẽtibus ipſis de proditione Chriſtus loquebatur, vt tum à tẽpore myſterij, tum à menſę communicatione nequitiã proditoris oſtenderet. Poſtquam enim diſcipuli, ſicut præcepit Ieſus, fecerunt: ſerò facto cum duodecim, inquit, comedebat. Comedentibus autem eis, dixit: *Amen dico uobis, unus ex uobis me tradet.* Cæterũ ante cœnam eius etiam pedes lauit: vide autẽ quomodo illi valde indulget: non enĩ dixit, ille: ſed, vnus ex vobis me tradet, vt rurſus pœnitentiæ occaſionẽ latenti meliorẽ præberet. Itaq; maluit omnes illos terrere, q̃ huic pœnitentiæ irritamenta

Io.in.13. nõ dare. Vnus, inquit, ex vobis duodecim, qui vbiq; mecũ fuiſtis, quorũ pedes laui, quibus tot tantaq; pollicitus ſum. Dolor intolerabilis illico ſanctũ illud inuaſit conſortium. Et Ioãnes quidẽ ait, ex ambiguitate alios in alios aſpexiſſe, deinde quãuis nullius rei ſibi conſcij eſſent, ſinguli tamen de ſe timentes ipſum interrogauerunt. Item notanter ait, quia magnitudine mœroris cõmoti, cœperunt ſinguli de ſe dicere: *Nunquid ego ſum domine? Ipſe autem reſpondens, dixit: Cui ego cum intinxero, panem porrigam.* Vide quomodo ipſum tandẽ reuelauit, quãdo ſcilicet ab hoc dolore animi liberare cæteros voluit, ſemimortui enim iam erãt, hoc pauore cõſternati, quo impulſi interrogabãt. Nec iſta de cauſa ſolummodo illum ædidit, verumetiã vt territus ille reſipiſceret. Nam cũ confuſè atq; indiſtinctè audiens nõ mouetur, vt magis eũ tangeret, velamina deiecit. Ieſus autem cùm illi mœrentes interrogarẽt, Nunquid ego ſum domine? Reſpondens, dixit: *Qui intinxit mecũ manum in paropſide, hic me traditurus eſt. Filius quidem hominis uadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.* Quidam aſſeuerant ita illum impudentẽ fuiſſe, vt paruipendendo Magiſtrũ, cũ ipſo tingeret: Mihi autẽ videtur Chriſti hortatu id quoq; factum fuiſſe, vel vt magis ſibi Iudas afficeretur, vel vt maiore detineretur pudore: etenim etiàm in hoc non paruus affectus.

affectus. Hæc autē omnia non feſtinè tranſcurrenda ſunt, ſed noſtris mentibus infigēda: ſic enim nullū vnq̄ in nobis ira locum habebit. Quis enim rem illam animo voluens, & proditorē vnà recūbentem cum ſaluatore, ac eū qui tradebatur, ſic leniter atq; humiliter loqui, non eijciet omne furoris atq; iræ venenum? Perpēde igitur q̄ leniter ad ipſum ſermonem cōuertit. Filius quidē hominis, inquit, vadit, ſicut ſcriptum eſt de ipſo. Quibus verbis & diſcipulos cōfirmauit, ne imbecillitati hāc rem attribuant, & proditorem ſimul voluit emendare. *Væ autem illi homini, per quem filius hominis tradetur: bonū erat illi, ſi natus non fuiſſet homo ille.* Perpende etiā atq; etiam in arguēdo ineffabilē lenitatem: non enim acriter, ſed cōmiſerando profert orationē, aliqualiter rurſus quaſi tenebris obductā. Et certè non ſuperior ſolùm vecordia, ſed poſterior impudentia omnē indignationem merebatur: poſtq̄ enim ita redargutus fuit, interrogauit, dicens, *Nunquid ego ſum Rabbi?* O ſingularē ſtultitiā. quęrit de his, quorū ſibi conſcius erat. Nā & euangeliſta ex admiratione impudentiæ illius hæc dixit. Quid porrò ad hæc leniſſimus, & mitiſſimus ille Ieſus? *Tu dixiſti.* Ita quanquam dicere potuiſſet, ſceleſte atq; ſordide tam longo tēpore hoc malum parturiēs, & nunc diabolicis factis concilijs argentū ex pacto habiturus, audes redargutus, quaſi nullius tibi rei conſcius interrogare? Nihil tamen horū dicere voluit: ſed quid? Tu dixiſti. ita terminos nobis, ac regulas obliuionis fixit iniuriarū. Sed obijciet quiſpiā, atqui ſi eſt ſcriptū, Chriſtū hæc fuiſſe paſſurū, quamobrem Iudam qui ſcripta perfecit criminamur? Quia nō illo certè animo, ſed improbitate ſola in turpiſſimū illud facinus fuit impulſus. Nam niſi mentem reſpicias, ipſum quoq; diabolum ab omni crimine liberabis. Sed non eſt ita, non eſt. Mille enim vterque meretur ſupplicia, etiā ſi orbis ſalutē inde conſequutus eſt. Quippe, nō Iudæ traditio, ſed ſapiētia Chriſti, atq; potētia ſalutē peperit vniuerſis. Chriſtus enī improbitate aliorum ad vtilitatē noſtram vſus eſt. Sed inquies, quid igitur ſi Iudas nō prodidiſſet? quid hoc porrò ad quæſtionē? crucifigi omnino Chriſtū oportebat, nec crucifigi poterat, niſi per homines. Quid ſi omnes erga ipſum boni fuiſſent, hæc pro ſalute noſtra diſpēſatio nō proceſſiſſet? Abſit hoc omnino.

Nam inæſtimabilis ſapientia Chriſtus,ſi ita contigiſſet,no uit quo pacto res diſpenſanda fuiſſet.Præterea ne quis putet miniſtrũ diſpenſationis Iudã fuiſſe quaſi miſerũ deflet. Sed rurſum quiſpiã obijciet,ſi bonũ erat nõ fuiſſe Iudã natum,quare illum produxit? Quare autẽ cæteros prauos ꝓduxit,ita quum te oporteat improbos coarguere,qui poterant improbitatẽ negligere, hoc derelicto temerariè diſpẽſationes & opera dei ſcrutaris,quãuis nullũ neceſſitate cogit,vt probitatẽ ſequatur.Ita inquies.Sed bonos natos eſſe ſolũ oportebat, nec gehẽna aut ſupplicijs opus erat, quum nullum malignitatis extaret veſtigiũ: improbos nunquam
Rom. 9. natos,aut natos cõfeſtim decedere. Nos verò primũ illud apoſtolicũ dicẽdum arbitramur: Quinimò ô homo tu quis es,qui aduerſus deũ reſpondes?Non dicet quod factum eſt factori ſuo,cur me ita formaſti.Deinde ſi rationẽ humanã quæris,illud addi nõ dubitabimus, maiori admirationi bonos eſſe,quum inter improbos viuãt:tunc enim innocentia ſua & mirabilis philoſophia magis elucet. Tu verò omnẽ luctationis,atq; certaminis materiam ac cauſam funditus euertere vis. Quid ergo inquies,vt alij meliores videantur, alij punientur?Minimè:ſed propter improbitatẽ eorũ. Nõ enim quia nati ſunt,nequitiã contraxerũt:ſed quia deſidia ſe corruperũt,idcirco puniũtur. Quomodo ergo ſupplicio digni non ſunt,qui quũ tales habuerint virtutis magiſtros, nihil boni facere voluerunt? Et veluti probi viri vexati, ſummis laudibus & præmijs digni:ſic ꝓfectò & praui duabus de cauſis,tum quia quum poſſent virtutẽ ſequi,ſicut & iuſti,ſecuti nõ ſunt:tum quia nihil exẽplo bonorum virorum lucrari ſtuduerunt,ſupplicijs digni cõperiuntur. Quã autem obrem non à principio,ſicut & cæteri,Iudas, *Nunquid ego ſum domine?* interrogauit? Quoniam generaliter, vnus ex vobis dictũ erat,latere putauit. Quũ verò iã videret manifeſtè ſe reprehendi, de lenitate domini confiſus, poſſe redargutionẽ euadere,dominũ interrogauit:quapropter etiam Rabbi ſolus in hoc loco appellauit. O cæcitatẽ mentis inauditã,quo exactus atq; depulſus es? Talis nẽpe res auaritia eſt,amentes,ſtolidos,impudentes, canes ꝓ hominibus:imò verò & canibus peiores,& dæmones à canibus facit.Qua fiebat,vt Iudas quidem diabolum etiam inſidiantem

fidiantem amplecteretur, Ieſum verò benefacientẽ ei traderet, alter diabol' volũtate iam factus. Tales quippe inſatiabilis pecuniarũ cupiditas hoĩes facit, vecordes, furioſos, ex pecunia penitus pẽdẽtes: qualis & Iudas fact' fuit. Quomodo autẽ Matthæus & alii duo, quãprimũ de perditione pepigit, captũ à diabolo dicũt: Ioannes, Nã poſt panem ingreſſus fuit in eũ ſatanas? Nõ aliter quippe Ioãnes, *Ioan. 13.*
quàm ceteri dicit: Cœna enim, ait, facta, quũ diabolus iam in cor Iudæ ĩmiſerat, vt eũ tradat: poſt igĩt buccellã ĩtroiuit in eũ ſatanas, qa nõ ſubitò, neq; ſub vno momento, ſed ſenſim diligẽter facto periculo hoĩem ingredĩt: qđ & hic factũ eſſe intelligimus. Senſim enĩ ad eũ accedens & pulſans, poſtquã apertũ ſibi habitaculũ eſſe cognouerat, totus ad illũ ſpirat. Quomodo autẽ ſi paſcha comedebant, aduerſus legẽ recũbentes comedebãt? Sed dicere poſſumus, quia poſtquã comederunt paſcha, ad cœnandum recubuerunt. Alius autẽ Euangeliſta dicit, quia veſpere illo nõ comedebat ſolũ dominus paſcha, verũetiam comedendo dicebat. Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcũ. Quare hoc paſcha, id eſt, hoc anno comedere paſcha deſiderauit? Quia videlicet tunc ſalutẽ orbi allaturus eſſet, iũc myſteria traditurus, & dolores mortis oppreſſurus erat, ita ſponte ad crucẽ acceſſit. Sed nihil horum efferatam illam beſtiam mitigauit, flexit, cõuertit: quare iure quaſi miſerũ illum defleuit, dicens: Vę homini illi, deinde terruit. Bonũ fuiſſet ei, ſi natus non eſſet. Sed quoniam neq; ſic emendatus eſt, tandem eũ manifeſtauit, dicens: Cui ego tinctũ panem porrexero. nõ fuit tamen ille cõmotus, ſed quaſi furore quodam, auaritia atque inſania captus induruit: imò verò multo peiore morbo, quã furor eſt, captus fuit. Quando enim tale aliquid furioſus ac inſan' operatus eſt? Nõ proiiciebat hic ſpumã in ore, ſed dominicã cædem emittebat: non torquebat manus, ſed extendebat ad vendendum ineffabilis precii ſanguinẽ. Maior igitur hæc inſania fuit, quia ſanus furiebat. Sed non loquebãt incognita, inquit: imò verò, quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradã? diabolus enim certè per os illius introiuit. Sed nõ repulit terrã pedibus calcitrans. O quã melius eſt furioſi pacto calcitrare, quàm hoc modo rectũ pedibus ambulare. Sed nõ cædebat

ſe lapidibus:& quāto melius erat hæc, quàm illa cōficere.

Collatio perelegās auari cū dæmoniaco. Vultis igitur in mediū dęmoniacis & auaris productis, alterū alteri cōparemus? Sed nemo ad ſuum hæc dici cōtemptū arbitretur. Nō enim naturā, ſed rem iſtā improbamus. Nunquā dæmoniacus veſtē induitur, ſed lapidibꝰ ſeipſum acerbiſſimè cædens, per aſperrima & inuia loca à dæmone actus percurrit. Quid igitur, ſi auaros peiora his aggredi atq; pati, adeò vt ludus hæc ad illa videātur, probabimus? fugietíſne hāc ęgritudinē? Eia igitur videamus vter minꝰ laboret. Nihil enim alter ab altero differre videtur, qūum vterq; omni nudo turpior cōperiatur. Multo enim melius eſt nudū omnino eſſe, nullaq; veſte cōtegi, quàm rapta pecunia magnificas ſibi veſtes cōparare, qui mihi veſtiri vidētur, veluti qui trieterijs Bacchi bacchātur. Nā quemadmodum illi laruas & veſtes inſanientiū accipiunt, eodē hic quoq; pacto. Sicut itaq; dæmoniaci nuditatē à furore fieri videmus, ſic hos amictus ab inſania nō negauerim. Itaque nuditate illa hic amictus miſerabilior, quod idē oſtendere conabor. Quem enim ex ipſis inſanis magis inſanire dicemus, eū ne qui ſeipſum ſolūmodo cædit, an eum qui tā ſeipſum, quàm quoſcunq; obuiā habebit? hunc videlicet vltimū. Dæmoniaci ergo ſeipſos denudant, auari autē obuios omnes dū poſſunt. Sed lacerāt illi veſtes, inquies. O quāto magis vnuſqſq; lęſorū vellet laceratū ſibi potiꝰ indumentū fuiſſe, quàm ereptā eſſe vniuerſam ſubſtantiā. Sed vulnera in hominis faciē non incutiunt: imò vero hoc quoq; rapaces faciūt, paupertatē eis, & inediā inferētes corrodūt. Sed non mordent dētibus ſicut dęmoniaci: vtinā dētibus mor-

pſal. 56 derent, & non malis omni dente acutioribus. Dentes enim ipſorū ſcutum & ſagittæ. Præterea vter magis dolet, qui ſemel dente percuſſus, remedio cōfeſtim vſus eſt: an qui ſemper paupertatis corroditur dentibus? Quippe inuoluntaria paupertas belua omniū atrocior, & fornace ardentior eſt. Sed non ſequuntur deſerta loca, ſicut dæmoniaci: vtinam eremum, & nō ciuitates popularentur, vt oēs qui vrbes habitant, in ocio viuerent. Nūc verò hac quoque ratione intolerabiliores ſunt, quoniam quæ in deſerto illi, hæc in ciuitatibus iſti facientes, eas deſolant, præſertim cū nullo reſiſtēte, quaſi hæc in deſerto agerent, ſic aſportāt vniuerſa.

Sed

Sed non petunt lapidibus quoſcũque obuios, & quid hoc eſt? Multo certè facilius eſt à proiectis lapidibus cauere, quam literas & ſtipulatiões charta & atramẽto in miſeriã inopum cõfectas, & mille vulnerũ plenas euitare. Si cõſideremus nũc qualia ſunt, quæ ſibiipſis faciũt, nudi per ciuitatẽ ambulant, quũ nullum ſibi virtutis amiculũ ſit: quod ſi ea res turpis eis nõ videat, teterrimæ hoc inſaniæ argumentum eſt, quia turpitudinẽ ſuam nõ percipiunt: ſed corpore quidem nudi erubeſcunt, aĩo aũt nõ modò non verentur, verũetiam iactant. Sed vultis cauſam etiã impudentiæ exponemus. Quæ igitur cauſa eſt? Multos huiuſmodi nuditatis habẽtes ſocios, quẽadmodum in balneo nos, ſic alter alterum nõ verẽtur. Nã ſi multi virtutis amictu eſſent veſtiti, tunc turpitudo eorũ magis notaretur. Nũc verò illud maximè multis dignũ eſt lachrymis, quia quũ multi ſint mali, non pudet eos malè agere. Ad aliã enim hoc quoque in diabolo factũ accedit, quia nec ſenſum improbitatis capere dimittitur, ſed multitudine peccantiũ turpitudo peccati tegitur: ſi enim cõtingeret in magna vere philoſophãtium multitudine auarũ tunc verſari, perſpicacius nuditatem ſuã intelligeret. Sed ſatis iam ex his patet dæmoniacis eſſe nudiores. Quia verò etiã deſerta loca ſequũtur, nemo cõtradicet. Lata enim illa, ſpatioſaq; via omni deſerto deſertior eſt. Nã etſi multi per eã proficiſcãtur, tales quippe ſunt, q rapacitatẽ amplectũtur. Hęc igiť via non ſolũ deſerta, ſed aſperior eſt: quod ide patet, quia nõ ita lapides acuti, durę rupes, & cacumina montium ſcãdentes adeò lacerant, vt auaritia & rapina eorum animas qui aliena inuadunt. Quod aũt ſicut dæmoniaci apud ſepulchra verſenť, imò vero ipſi ſepulchra ſint, quis non viderit? Quid enim ſepulchrum eſt? nihil aliud certè quàm lapis mortuorum corpora tegens. Quid igitur? an non illis lapidibus horum corpora miſerabiliora ſunt? Non enim lapides ſũt cadauera tegentes, ſed corpora lapidibus magnis inſenſata mortuas animas tegentia. Præterea nemo errabit ſepulchra ipſos nominans, ſicut & Dominus noſter Iudæos appellauit, & ſubiunxit, dicens: Intrinſecus autem rapina atque auaritia pleni ſunt. Vultis iam tandem probemus, quomodo lapidibus capita ſua feriunt? dic quæſo, vnde inci-

Sepulchrũ

incipiendũ putas? non à futuris, præſentia ergo dicantur. Quibus igitur lapidibus grauiores curæ non ſunt, quæ nõ capita feriunt, ſed animã corrodunt. Nã dum timẽt, ne iure ex domo exeant ſua quæ iiuria ſũt ĩtruſa, multis variiſq; turbationib⁹ vexanť, tremũt, iraſcũtur, ingemiſcũt, irritantur, modò in ſuos, modò in alienos: ita nũc mœſtitia, nunc metus, modò ira ipſos inuadit, & ceu à præcipitio in præcipitium tranſeuntes ſemper vexanť, ac dum quotidie acquiſitioni ſtudent, nullã aut minimã ex quæſitis capiunt voluptatẽ. Nam trepidant, ne quæ rapina collegerunt, difluãt: cũque toto animo ad colligendum incũbant, quieſcere nullo modo poſſunt: ſed quemadmodum qui continua ſiti vexatur, etiam ſi mille fontes imbiberit, tamen quia ſatiari bibendo non poteſt, paruam inde percipit voluptatẽ: ſic iſti non modo nõ quieſcunt adipiſcendo, verũetiam quoniam nullus huius cupiditatis termin⁹ eſt, vehementius cruciãtur. Talia enim præſentia ſunt, in futuro verò die (dicendum à nobis eſt, etiam ſi minus attenditis) vbiq; in euangelio huiuſmodi homines pœnas habituros videm⁹. Nam quando dicitur: Eſuriui, & nihil mihi ad comedendũ dediſtis: ſitiui, & nihil mihi ad bibendũ præbuiſtis, auari homines his verbis puniuntur: ad eos enim qui malè locupleti ſunt, dicet: Ite in ignem æternum præparatum diabolo. Et nequam ille ſeruus, qui cõſeruis ſubſtantiam domini non diſtribuebat, auaritia periit. Et qui talentum ſuffodit: & quinque virgines: & vbicũq, secũdum leges auari puniũtur. Et modo quidem audiunt, hiatũ eſſe inter nos & vos: modò verò, Ite in ignem æternũ: modò in duas partes deciſi, vbi fletus & ſtridor dentiũ. Ita vndique cõpulſi, ac nullo in loco quieſcentes in gehennam ſoli detrudũtur. Quid igitur fides tibi ad ſalutẽ prodeſt, ſi vbi eſt ſtridor dentiũ, vbi exteriores tenebrę, vbi pręparatus diabolo ignis, eò detruderis: & in hac vita periculoſis inſidiis, acerrimis maledictis calũniiſq; ſubiectus curis conficiaris, & ab ipſis qui tibi adulari videntur, odio nõ paruo habearis? Sicut enim probos non boni ſolum, verumetiã mali admirantur, pariter certè malignos non ſolum probi, verũetiam improbi odio perſequũtur. Quæ res adeò verã eſt, vt auaros ipſos interrogare non dubitem. Sic alter alteri tedio eſſe ſtudet, &

quaſi

quaſi maximè officeret inimicus putatur, atque ſeipſos cõuiciãtur. & vituperari nimiũ putant, ſi quiſquã auaros eos appellauerit, & hoc opprobriũ eis obiecerit: opprobrium quippe id extremũ, & ſummæ malignitatis argumentum. Nam ſi pecuniarũ cupiditate vincaris, quando inanis furorem gloriæ, quando iram, quomodo cõcupiſcẽtiam carnis ſuperabis? Hæc enĩ multo eſſe difficiliora, inde tibi perſuadebis, quod multi cõplexionem corporis ad irã & cupidinem nonnihil cõferre arbitrañ, & acceſſus cõplexionum ad ſeipſos opponere medici cõſueuerunt: & calidioris quidem, & humidioris corporis procliuioré eſſe aiunt ad Venerem, ſiccioris verò impetuoſum atq; iracũdũ: ſed de auaritia nullus vnquã ab eis aliquid tale audiuit. Quare à deſidia ſolũmodo & animi ſtupore peſtifera hæc oritur ægritudo. Quapropter rogo atque obſecro, ſtudio ingi atq; diligentia hoc corrigamus cæteraſq; paſſiones, quæ pro diuerſitate naſcũtur ætatis, pro viribus tranſponamus. Si verò in vnaquaque vitæ noſtrę particula hoc ſalum nauigantes, vtiliſſimos virtutis labores prętervehimur, vbique naufragiis vexati, ac ad portũ tandem ſpiritaliũ currẽtes mercium deducti, vltima profectò luemus ſupplicia. Pelagus enim eſt, late longéque protenſum hæc vita, & quéadmodum in mari vniuerſo ſinus diuerſi, aliis atque aliis tẽpeſtatibus cõmouentur præcipuè: velut Aegeum vẽtis exaſperatur, Toronus propter anguſtias & Carybdis: quæ Libyen verſus propter ſtagna ſyrtis & breuia, Põtus magnitudine fluctuũ atque impetu: Hiſpanicus oceanus, quia inuius carentia portuũ & locorum ignorãtia intricatus, difficilis nauigantib⁹ eſt: ſimiliter alii aliis de cauſis: ſic & in vita noſtra fieri videmus. Nam, primũ in ea pelagus, ſtatim videre licet puerũ ætatis cõditione, quæ multis ac magnis procellis exagitañ, tum quia mens imbecilla eſt, tũ quia nulla firmitate adhuc roborañ, ſed huc atq; illuc flectitur. Quapropter pedagogos illi, & magiſtros præficimus, vt defectus naturæ diligentia ſuppleat, veluti & in nauigãdo gubernatoris artificio maris aſperitas ſuperañ. Adoleſcentiũ fluct⁹ pueritię ſuccedũt, qui vehemẽtiorib⁹ ſicut Aegeum pelagus exagitañ concupiſcẽtię vẽtis: quę quidẽ ætas q̃to magis correctione indiget, tãto minus inſtruiñ, non ſolum

quia

quia magnis turbationũ fluctibus cæditur, verũetiam quia peccãtes nõ redarguũtur, cũ & magiſter & pędagogꝰ ſubtrahantur magnitudine tẽpeſtatis, cũ maiore turbine vẽti ſpirent, & gubernator ſit imbecillior, nemoq; alius tutor aſſit, atq; defenſor. Virilis tertiũ locũ ætas occupauit quã rerũ omniũ diſpẽſatio maximè vrget, quãdo vxor, nuptię, procreatio prolis, familiæ gubernatio, & in mentẽ plurimæ curę, innumeræq; veniunt, quando auaritia & inuidia maximè vigẽt. Si igitur vnãquanq; partẽ ætatis cũ naufragiis pręteruehimur, quomodo hãc vitã tranſibimus? Quomodo æterna fugiemus ſupplicia? Nã ſi nihil ſynceri atq; integri in prima ætate didicerimus, ſi iuuenes modeſtè nõ vixerimꝰ, nec auaritiã viri ſuperauerimus, quaſi in ſentinã quandã ætatis, in ſenectutẽ ſcilicet deuecti, victa iam tẽpeſtatibus aĩæ nauicula, cũ fluctibus fatiſcãt cõpagines, deferemur in illũ portũ, non ſpiritales merces, ſed multũ ac ſordidum lutũ deportãtes: vnde diabolo quidẽ riſum incitabimus, nobis verò ipſis perpetuã mœſtitiam comparabimus, intolerabili ac æterno cruciãtu vexati. Quod ne accidat, vndiq; colligamꝰ nos, & aduerſus oẽs paſſiones pugnãtes, cupiditatẽ pecunię penitus proiiciamus, vt & hic trãquillè viuamꝰ, & futurã beatitudinẽ adipiſcamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui honor, &c.

HOMILIA LXXXIII. EX CAP. XXVI.

C OEnantibus autẽ eis, accepit Ieſus panẽ, & benedixit, atq; fregit, & dedit diſcipulis ſuis, &c. O cęcitatẽ proditoris, qui cũ ineffabilibus myſteriis

Luc. 22 cõmunicaſſet, idẽ permãſit, & diuina mẽſa ſuſceptꝰ, in melius cõmutari noluit: quod Lucas ſignificauit, dicẽs, quia poſt hoc ſatanas ĩtroiuit in eũ, nõ quia dominicũ corpꝰ deſpiceret, ſed quia ꝓditoris ſtoliditatẽ irridebat: maiꝰ enim peccatũ vtraq; ratione fiebat, quia tali animo myſteriis ſuſceptis, nec timore, nec beneficio, nec honore melior factꝰ eſt: Chriſtus autẽ omnia quãuis ſciret, vetare tamen eũ noluit, vt tu diſcas nihil ab eo prætermitti, quod ad emendationẽ pertineat. Preterea tã in ſuperioribus, quã in ſequentibus crebro eũ reuocat, & verbis & operibus, timore, colẽdo, minãdo, honorãdo retinere ſtudebat, ſed nihil horum

illi

illi mederi potuit. Quare illo nõ prætermiſſo, his myſteriis in memoriã cædis ſuæ rurſum diſcipulos reuocat, & inter cœnãdũ de cruce diſputat, crebritate prædictionis dolorẽ mitigãs diſcipulorũ. Quid enim paſſi nõ fuiſſent, ſi eos ita nõ cõfirmaſſet, qui etiã his omnibus præmoniti cõ turbati ſunt? Et comedentibus, inquit eis, accepit panẽ, & fregit, Quã ob rẽ paſſionis tẽpore hoc myſteriũ tradidit? Vtrundiq; diſcamus ipſum veterẽ etiã legẽ ſanxiſſe, & omnia quæ in illa ſunt propter nouã hæc adumbrata fuiſſe: hac igitur de cauſſa veritatẽ figuræ adiunxit. Veſpera verò illa adimpletionis tẽporũ ſignũ erat, & quia iã ad conſummationẽ ipſã res puenerũt. Gratias porrò egit, vt nos inſtrueret quomodo myſteriũ hoc facere debeamus, & ſimul vt oſtẽderet ſponte ſe ad paſſioẽ proficiſci. Præterea vt nos doceret omnia, quæ patimur, cũ actione gratiarum eſſe ferenda, ac bonam nobis ſpẽ inde immitteret atque foueret. Nam ſi figura à ſeruitute liberauit, multo magis veritas terrarum orbem vendicabit. Adhæc, vt ſignificaret quod ad beneficiũ naturæ humanæ traderetur, ideo nec ante hoc myſteriũ tradidit, ſed quãdo ceſſare iã legem oportebat. Præcipuam autem ſolennitatem eorũ diſſoluit, ac ad aliã eos menſam horroris plenam conuocans dicit: *Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro multis frãgetur in remiſſionem peccatorum.* Quomodo turbati nõ fuerunt cum hoc audiſſent? quia multa iam, & magna de hoc antea diſſeruit. Quapropter nec illud quod iã crebrò perceperant confirmauit, ſed paſſionis cauſam peccatorũ eſſe remiſſionem expoſuit, & noui teſtamenti ſanguinem vocauit, hoc eſt, pollicitationis & promiſſionis legis nouæ. Hæc enim rurſus pollicitus eſt, & teſtamentũ nouum hoc ipſum confirmat, & quẽadmodũ vetus pecudes & vitulos habebat, eodẽ modo nouum dominicũ poſſidet ſanguinẽ. Moriturũ ſe hinc etiã oſtẽdẽs, reducatur quod ſimiliter per ſanguinẽ reuocabitur, atq; fiebat. Cauſam deinde rurſus mortis ſuæ ſubiecit, dicẽs. Qui ꝓ multis effundetur, &c. Deĩde ait: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Vides quomodo ab Iudaicis abducit, & auocat moribꝰ? Nã ſicut illud ĩ rememorationẽ miraculorũ, q̃ ĩ Aegypto patres veſtri viderũt faciebatis, ſic & hoc ĩ meã facite cõmemo-

memorationem.Sanguis ille ad primogenitorum ſalutem fuit effuſus,hic in remiſſionem totius orbis peccatorum. *Hic enim eſt ſanguis meus, inquit, qui effundetur in remiſſionem peccatorum.* quod dicebat vt oſtenderet paſſionem & crucem myſteriũ eſſe,& diſcipulos hinc conſolaretur. Et quẽadmodum Moſes,hoc æternum vobis erit memoriale dicebat:ſic & ipſe,in meam,ait,cõmemorationẽ,donec veniã. Hac de cauſa deſiderio deſideraui hoc paſcha vobiſcũ comedere,quo vos ſpiritales faciam. Ipſe quoq; bibit ex eo, ne auditis verbis illis dicerent: Quid igitur ſanguinẽ bibimus,& carnem comedimus?ac ideo perturbarentur.Nam & quando prius de his verbis fecit,multi ſolummodo propter verba ſcandalũ paſſi ſunt.Ne igitur tunc id quoq; accideret,primus ipſe hoc fecit, vt tranquillo animo ad cõmunicationem myſteriorum induceret.Quid porrò vetus quoq; hoc facere potuit,inquies?Minimè, ideo enim hoc facite dixit,vt ab illo abduceret. Præterea ſi remiſſionem hoc peccatorũ facit, ſicuti certè facit, ſuperuacaneũ illud omnino eſt.Sed ſicut in veteri,eodem hic modo in beneficio reliquit,memoriam myſteriorum colligendo, & hinc hæreticorum ora frenando.Nam quando dicunt,vnde patet immolatum Chriſtum fuiſſe, & alia multa myſteria: hæc enim afferentes ora ipſorum conſuimus.Si enim mortuus Ieſus non eſt,cuius ſymbolum ac ſignum hoc ſacrificium eſt? Vides quantum ei ſtudium fuerit,vt ſemper memoria teneamus pro nobis ipſum mortuũ fuiſſe. Nã quoniã Marcio,Valentinus,Manichęus,eorũmq; ſequaces negaturi erant hanc diſpenſationem, in memoriã paſſionis per hoc ſemper ita reducit myſterium,vt nemo non inſanus ſeduci poſſit.Ita per ſacratiſſimã iſtam menſam & ſaluat,& docet.hoc enim caput bonorum omnium eſt. Quare hoc Paulus voluit ac repetit,ſed tradito iam myſterio. *Non bibam ait, de hoc genimine uitis,uſque in diem illam,cum illud bibam nouum uobiſcum in regno patris mei.* Nam quoniã de paſſione ac cruce locutus,& reſurrectionis iam meminit, regnum patris eam appellãs. Sed quam ob rem poſt reſurrectionem comedit,ac bibit?Ne phantaſma quoddam reſurrectio à rudioribus putaretur,qui certum reſurrectiõis argumentum id eſſe dicunt.Vnde Apoſtoli quoque manifeſtandam

Deu. 16

feſtandam reſurrectionem dicebant, Qui comedimus cum Act. 10.
eo, ac bibimus: Vt igitur ſignanter exprimeret, quia vide-
būt eū poſteaquam clarè reſurget, & quia cū eis rurſus ita
futurus eſt, vt & rebus & viſu reſurrectiōi poſſint teſtimo
nium præbere, quouſque iſtud bibā vobiſcū inquit nouū.
Teſtes enim vos eritis, quia videbitis me poſtquā reſurre-
xero. Nouum autem, hoc eſt, nouo modo quodā, imò inau
dito, atque mirabili: non enim paſſibile corpus habēs, ſed
immortale, atque incorruptibile, alimētóque non indigēs
ſurrexit. Quare cum opus non erat, poſt reſurrectionē co-
medit & bibit, cum eius corpus iſtis nullo modo amplius
indigeat, ſed vt certiori argumento reſurrectionem firma
ret. Sed cuius rei gratia nō aquam, ſed vinum poſt reſurre
ctionem bibit? Pernicioſam quandam hęreſim radicitus e-
uellere voluit, eorum qui aqua in myſteriis vtuntur, ita
vt oſtenderet, quia & quando hoc myſterium tradidit, vi-
num tradidit, & iam poſt reſurrectionem in nuda myſte-
rij menſa vino vſus eſt. Ex genimine autem, ait, vitis, quæ
certe vinum non aquam producit. *Et hymno dicto exiuerunt
in montem oliuarum.* Audiant omnes qui quaſi porci cū iā
comederint, euerſa calcibus mēſa temulenti conſurgunt,
cum agere gratias debeant, & in hymnum à menſa deue-
nire. Audiatis etiam quicunq; vltimā myſterij orationē
non expectatis, quæ illius ſymbolum eſt. Gratias enim e-
git antequam diſcipulis dederat, vt etiam nos ab actione
gratiarū incipiamus. Gratias egit poſteaquā dedit, & hy-
mnum cecinit, vt nos quoq; ſimiliter faciamus. Quare aūt
ad montem proficiſcitur, ad locū etiam Iudæ notiſſimum?
Ne celare ſe videretur, prodire voluit, quò cum perueniſ-
ſet, omnes vos, inquit, ſcandalizabimini in me: & prophe-
tiam ſubiecit. *Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſper* Zach. 13.
gentur oues gregis. His vtitur, tum vt re ipſis perſuadeat, at-
tēdendū ſemper ſcripturis eſſe, tū vt ſignificaret dei ſe vo-
luntate crucifigi, ac vndique non eſſe alienum à veteribus
ſe demonſtraret, nec aduerſarium deo, quem vetus ſequi-
tur teſtamentum. Et quia omnes prophetæ à priſcis tem-
poribus diſpenſationē hanc futuram prædicarunt, quare
meliorem ſpem expectandam eſſe hortatur. Illud etiā per
hanc prophetiā docet, quales videlicet ante crucē, qua-
les

les poſt mortem diſcipuli fuerũt. Nam qui nec ſtare quidem cum proderetur potuerunt, robuſti poſtea, & Adamante validiores fuerunt. Hic autem metus, & fuga diſcipulorum mortis eius argumentum eſt. Nam ſi tot tantiſque factis, ac dictis impudenter nonnulli aſſerunt non fuiſſe ipſum crucifixum, quid dicere non auderent, ſi nihil horũ accidiſſet? Hac de cauſa nõ ipſa paſſione solũ, verũ etiam & myſteriis & diſcipulorum diſperſione verè ſe mortuũ fuiſſe declarat, Marcionis morbũ his omnib' euertẽs: ideo etiam ipſum apoſtolorum verticem negare permiſit. Si enim vinctus, crucifixuſq; non eſt, vnde & Petrus, & cæteri tanto pauore pulſi fugerunt? nõ tamen dimiſit eos in mœſtitia. Sed quid? *Poſtquam autem reſurrexero, præcedam uos in Galilæa, &c.* Nõ enim ſtatim apparuit, neq; in longam quandã abiit regionẽ, ſed in eadẽ regione, & eiſdẽ penè locis apparet, vbi crucifixus eſt. Vt etiã hinc credi faciat, quia ille ipſe reſurrexerit, qui crucifixus fuit: ita mœrorem eorũ conſolatus eſt. Idcirco aũt in Galilæa dixit, vt à timore Iudęorũ liberati, facilius verbis ſuis & attenderent, & arderẽt: hac enim de cauſa ibi apparuit. *Tunc reſpondens Petrus dixit: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor.* Quid ais Petre? Propheta dixit, quia oues diſpergentur, & Chriſtus dictum confirmauit, & tu negas? Non ſatis tibi eſt, quia cũ pridem iam dixeris: Propitius tibi eſto, increpatus fuiſti? Idcirco igitur permiſit vt caderet, vt in omnibus diſceret Chriſto parere, veriorâq; dicta iſtius crederet, q̃ ſua ſibi cõſcientia teſtaretur. Sed & cęteri non parũ à negatione Petri fructus acquiſierũt, humana infirmitate, & dei veritate percepta. Cũ enim ipſe aliquid prædixerit, nullus ſe ſapientiorem putare, nec in alios inſurgere debet. Gloria enim tua, inquit, in te, nõ in alio eſt: cumq; dicendũ eſſet opẽ nobis feras ne ſcãdalizemur, è cõtrario nimiũ ſibi arrogãs, inquit: Etſi omnes ſcãdalizati fuerint in te, tamẽ ego non ſcãdalizabor: quãuis omnes id patiãtur, ego tamẽ ſolus nõ patiar. Ita hæc res ſenſim cũ ad terrũ, & inſolẽs crimẽ deuehebat, quẽ reprimere Chriſtus volẽs, quoniã nec prophetæ, nec ſibi obtẽperauit, negationẽ fieri permiſit: idcirco enim teſtãtẽ quoq; prophetã adduxit, ne quid repugnare auderet.

auderet, Quare Petrus cũ verbis non crederet, à rebus ipſis eruditur. Vt autẽ credas hac de cauſa permiſſiõe diuina Petrũ negaſſe, Chriſtũ audias. Ego inquit, deprecatus ſum ꝑ te, vt nõ deficiat fides tua: hoc enim vt vehemẽti⁹ eũ tangeret, dicebat, ſignificans eius caſum multò peiorẽ eſſe aliorũ caſu diſcipulorũ, ac ideo maiori etiam patrocinio indigere. Duplex enim crimen erat, tũ quia repugnauit, ac reſtitit, tũ quia cęteris ſeipſum præpoſuit, imò verò etiã tertiũ nõ paruũ crimẽ eũ cõmiſiſſe dixerim, quia ſibi totũ impoſuit. His igitur mederi omnibus volẽs, cadere illũ permiſit, ac ideo cæteris prætermiſſis ad eũ orationẽ direxit, dicẽs: Simõ, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticũ, id eſt, tẽtaret, ꝑturbaret, vexaret: ego autẽ rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Cur nã ſi omnes expetiit, pro omnibus deprecatus non eſt? Patet, hinc quod paulo ante dicebam, quia vehementius eũ tangẽs, & oſtẽdens multo peiorẽ eius, q̃ aliorũ lapſum eſſe, ad eũ cõuertit orationem. Cur aũt non dixit, Ego nõ dimiſi, ſed ego, deprecatus ſum? Humilius iã loquitur ad paſſionẽ iturus, vt humanitatẽ ſuã demõſtret. Nã qui ſuper cõfeſſionẽ ei⁹ eccleſiã ita fundauit, atq; muniuit, vt nullũ periculũ, neq; mors ipſa poſſet eũ ſuperare, q claues regni cęlorũ ei cõceſſit, & totã poteſtatẽ ei cõmiſit, nec vnq̃ pro illis omnibus oratiõe indiguerit, quãto min⁹ hac ĩ re indiguiſſet? Maxima qppe authoritate, illa dicta, ędificabo ſup te Eccleſiã meã, & dabo tibi claues regni cęlorũ. Quomodo igĩt, orare ei op⁹ fuit, vt vni⁹ hoĩs cõmotũ animũ ſtabiliret? Quare igĩt ita dixit? Propter cauſam ꝑfecto, quã iã expoſuim⁹, & ꝑpter ĩfirmitatẽ diſcipulorũ q nõdũ decẽtẽ omnino de ipſo exiſtimationẽ habebãt. Quomodo igĩt negauit? Non dixit qppe nõ negabis: ſed, vt nõ deficiat fides tua. Cura enĩ ipſi⁹ atq; fauore factũ eſt, ne õnino Petri fides euaneſceret: ingẽs enĩ pauor eũ inuaſerat, & ingẽs ideo, quoniã diuina ꝓtectiõe valde fuit denudat⁹ qđ porrò factũ eſt ꝓpter arrogãtiã, & cõtradicẽdi ꝑtinacẽ duritiã. Ita quoniã & Chriſto, & ꝓphetę apertiſſimè repugnauit, ĩ eũ terrorẽ deuenire ꝑmiſit, vt radicit⁹ ab eo illę paſſiões euellerẽtur: adeo enĩ ꝑtinax fuit, vt cũ Chriſt⁹ ei dixerit: *Amẽ dico tibi quoniã hac nocte, antequã cãtet gallus, ter me negabis.* nõ dubitauerit Luc. 22.

tauerit

tauerit reſpondere: Si oportuerit me mori tecum, non
Luc.22. te negabo. Lucas verò ad hoc addit, quia quanto magis Chriſtus caſurum Petrũ ſignificabat, tanto magis affirmabat id ſe nunquã paſſurũ. Quid hoc eſt ô Petre? quãdo vnus ex vobis me tradet, Chriſtus dicebat, tunc ne eſſes ille timebas, & nullius rei cõſcius cogebas vnum de diſcipulis interrogare ipſum: nunc verò liquidiſſimè ipſo clamãte, quia omnes vos in ſcandalum incidetis: cõtradicere audes? neq; id ſemel ſolũ facis, ſed bis & ſępius, vt Lucas aſſerit, vnde id tibi accidit? Ex multo certè amore, & multa voluntate. Nam quoniam à ſolicitudine illa, quam de proditione fruſtraneam cognouit, nimium ſibiipſi confiſus hæc dicebat, & in alios inſurgebat dicens: etſi omnes in te ſcãdalizati fuerint, ego tamen nunquam ſcandalizabor. Puto autem ambitione quoq; aliqua, & iactantia in ea verba Petrum lapſum fuiſſe. Nam & in ipſa cœna quis nam inter eos maior eſſet ambigebant, adeò inanis glorię paſſio animos adhuc eorum turbabat: Chriſtus autem ab his paſſionibus eum liberare volens, non impellebat ad negationem, abſit hoc enim, ſed fauorem ſuum ab eo ſubtraxit, & humanam redarguit naturam. Perſpice autem quomodo poſt reſurrectionem hinc eruditus ſubmiſſius loquitur: cũ
Ioã.21. enim dixerat, Domine, hic autem quid? coargutus nihil apponere auſus tacuit: cumque audiuerit, non eſt veſtrum noſſe tempora, aut momenta, non repugnauit. Deinde in
Act.1. cœnaculo & ſindone cum vocem audiuerit, quæ deus mũdauit, tu noli communia dicere, quamuis nec quid diceretur quidem ſtatim intellexerit, quicuit tamen in illo omnino vſus conſenſione: hæc omnia caſus ille perfecit. Nã antea totum ſibi attribuebat, dicens: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te: ego tamẽ nunq̃ ſcãdalizabor. Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo: cũ dicere debuiſſet, ſi patrocinio tuo iuuabis, è contra verò poſtea dicit, Quid
Act.3. nobis attenditis quaſi propria virtute, vel poteſtate ipſum ambulare fecerimus? Magnum profecto dogma hinc diſcimus, quia videlicet nullo modo hominis voluntas ſufficit niſi auxilio ſuperiori roboretur. Et quia nihil lucrari poterimus ſuperiori patrocinio, ſi voluntas noſtra repugnat: quorum alterum Petrus, alterum Iudas cõfirmat: hic

enim

enim etſi præſidiũ Chriſti largum habuerit,tamen quoniã noluit attendere,nullã inde vtilitatem conſecutus eſt: ille verò etſi bene animatus fuerat,diuino tamẽ ſubtracto auxilio,ſtare non potuit. Quas ob res vehemẽter rogo atque obſecro,ne velitis cuncta ita deo attribuere,vt oſcitandum dormiẽdũq; vobis putetis:nec rurſus ſi vigilatis,laboribus rem veſtris aliquã effici arbitremini. Nã nec deſides, atq; reſupinos iacere nos deus vult,ac ideo nõnihil à nobis petit:nec arrogãtia corrũpi,ac ideo totum nobis nõ cõmiſit: ita ex vtraq; parte incõmodo remoto, quod nobis vtile,ac neceſſariũ idem operatur: quibus rationibus verticẽ quoq; apoſtolorũ labi permiſit,humiliorem ipſum faciẽdo, & ad maiorem profectò charitatẽ inducendo.Credamus itaque vbiq; deo,nec repugnemus ei, etiã ſi ſenſui, & cogitationi noſtrę abſurdũ eſſe videatur quod dicit,ſuperet & ſenſum, & rationẽ noſtrã quæſo ipſius,quod in omnibus & præcipuè in myſterijs faciamus,non illa quæ ante nos iacent ſolũmodo aſpiciẽtes, ſed verba quoq; eius tenentes. Nã verbis eius defraudari non poſſumus, ſenſus verò noſter deceptu facilimus eſt:illa falſa eſſe nõ poſſunt, hic ſæpius atq; ſępius fallitur:quoniã ergo ille dixit:Hoc eſt corpus meũ, *Mar.14.* nulla teneamur ambiguitate,ſed credamus, & oculis intel- *Luc.22.* lectus id perſpiciamus.Nihil enim ſenſibile traditum nobis à Chriſto,ſed reb⁹ ſenſibilibus:omnia verò quæ tradidit, inſenſibilia ſunt.Sic & in baptiſmo p aquã,quę res ſenſibilis eſt,donũ illud conceditur;quod autẽ in ea conficit, regeneratio ſcilicet ac renouatio,intelligibile quidem eſt: nam ſi tu incorporeus eſſes,nudè ipſa dona incorporea tradidiſſet tibi : quoniã verò corpori coniũcta eſt anima tua, in ſenſibilibus intelligenda tibi traduntur. O quot modo dicunt,vellẽ formam & ſpeciẽ eius,vellem veſtimẽta ipſa, vellem calceamẽta videre.Ipſum igitur vides,ipſum tãgis, ipſum comedis. Veſtimẽta eius deſideras videre, ipſe verò ſeipſum tibi tradit,nõ vt videas ſolùm,verũetiam vt tãgas, & in te habeas.Nemo igitur nauſeãs accedat. Nã ſi Iudæi ſtantes calceati,& baculos in manibus habentes cũ feſtinatione comedebãt,quãto magis nobis vigilandũ eſt?Nã illi ab Aegypto in Palæſtinã erant profecturi,ac ideo viatoris *Exod.12.* habitũ habebant,tu de terra in cælũ aſcenſurus es. Vigilã-

cC dum

dum igitur eſt,nõ enim paruum ſupplicium indignè cõmu nicantes expectat. Cogita quanta indignatione aduerſus proditorẽ,aduerſus eos qui crucifixerunt ipſum mouearis: & caue ne tu quoq; corporis & ſanguinis Chriſti reus effi ciaris. Illi acerbiſſimè trucidarũt,tu poſt tot tantaq; benefi cia ſordida ſuſcipis omnia. Non enim ſufficit ipſi hominẽ fieri,flagellis interim cædi:ſed nos ſecũ in vnam, vt ita dicã, maſſam reducit, neq; id fide ſolùm,ſed re ipſa nos corpus ſuum efficit. Qua igitur re mundiorẽ eſſe non oportet eum,qui hoc ſacrificio participaturus eſt?quos radios ſolares non deberet excedere manus illa,quæ hãc coronã pertractat,os quod igne implẽt ſpiritali,lingua quæ cruẽtatur hoc admirabili ſanguine? Veniat in mentẽ tibi quo ſis honore honoratus,qua mẽſa fruaris. Ea nanq; re nos alimur, quam angeli videntes tremũt,nec abſq; pauore ꝓpter fulgorem,qui inde reſilit aſpicere poſſunt,& nos in vnã cum illo maſſam reducimur,Chriſti corpus vnum,& caro vna.
Pſal.135. Quis loquetur potentias domini,auditas faciet omnes laudes eius?quis paſtor vnquã mẽbris ſuis oues ſuas nutriuit? Multę matres poſt partũ aliis nutricibus infantes dederũt, quod ipſe facere noluit,ſed proprio corpore nos alit,& ſibi coniungit atq; conglutinat. Cõſideremus autẽ,inquies,licet apertè ad omnes pertineat. Nam ſi ad naturã noſtram deſcẽdit,patet quoniam ad omnes:quod ſi ad omnes,& ad vnũquenq; profectò. Sed quomodo nõ omnes inde lucrum conſecuti ſunt,inquies? Id certè non illius cauſa, qui maximè hoc optat,accidit:ſed eorum culpa, qui eũ ſuſcipere nolunt Singulis enim fidelibus per hoc myſteriũ ſe cõiũgit, & quos peperit nõ alij nutriẽdos tradit, ſed ipſe ſtudioſiſſimè alit,hac etiã re tibi perſuadens carnẽ illam tuã aſſumpſiſſe tanta igitur charitate,atq; honore affecti nõ torpeamus. Non videtis quanta infantes animi alacritate mamillas arripiunt?qua preſſione papillis infigunt labia? Nõ minore cupiditate nos quoq; ad hanc mẽſam,& ad huius calicis ſpiritalẽ accedamus papillam,imò verò maiore deſiderio quaſi lactẽtes pueri gratiã ſpiritus ſugamus:vnus ſit nobis dolor,vna mœſtitia,ſi hoc alimẽto ſpiritali priuamur. Non ſunt humanæ virtutis hæc opera,quæ tũc in illa cœna cõfecit:ipſe nũc quoq; operatur,ipſe perficit,miniſtrorum

rum nos ordinē tenemus,qui verò hæc ſanctificat, & tranſ mutat,ipſe eſt,loco animo accedat. Cū diſcipulis, inquit, meis facio paſcha: hæc enim illa,nō alia mēſa eſt,hęc nulla re minor q̄ illa eſt.Non enim illā Chriſtus, hanc homo quiſpiā facit:ſed vtrāq; ipſe. Hoc eſt illud cœnaculum vbi tūc Chriſtus cū diſcipulis erat,hinc ad montē oliuarū exiuit. Hinc & nos ad manus pauperū exeam⁹, ibi enim mōs oliuarū eſt.Oliuæ quippe in domo dei plātatæ,multitudo pauperū eſt,hinc ſtillat illud guttatim oleū,quo nobis tūc opus omninò erit:hoc eſt,quod quinq; illæ virgines habebant:hoc eſt,quo alteræ carentes & perierūt: hoc nobiſcū habentes progrediamur,& cū fulgentiſſimis lāpadibus ad ſpōſum proficiſcamur. Adeat nullus crudelis,nullus immiſericors,nullus impurus quouis modo:hæc tam ad vos,qui cōmunicatis,q̄ ad vos qui miniſtratis dicta eſſe volo.Oportet enim etiā eadem ad vos dicere,vt magno ſtudio, & diligenti cura dona hęc diſtribuatis.Nō parua vobis imminet pœna,ſi quē aliqua improbitate teneri ſciētes,ei huius mēſæ participationē permittatis.Sāguis enī eius ex manibus requiritur veſtris.Si dux igitur quiſpiā,ſi conſul ipſe,ſi qui diademate ornatur,indignè adeat,cohibe ac coërce,maiorem tu illo habes poteſtatē. Ita ſi limpidiſſimus aquæ fons vt intactū gregi ſeruares tibi cōmiſſus eſſet, cum petulcos ſues ac ſordidiſſimos venire aſpiceres, nō patereris in fluēta illos inſilire,nec fontē ab his perturbari: Nūc verò cum non aquæ,ſed ſanguis & ſpiritus ſacratiſſimus fons cōmiſſus tibi ſit,ſi peccatis inquinatiſſimos videbis accedere homines,non indignaberis,neq; cōtriſteris?Et quā veniā huius contēptus conſequeris?Idcirco vos deus tāto voluit honore decorare,vt hæc diligētiſſimè diſcernatis. Hæc eſt dignitas veſtra,hęc eſt ſtabilitas,hęc corona, no quia tunicā induti candidiſſimā per eccleſiam ambulatis.Sed vnde,inquies,ego illū atq; illū qualis cognoſcere poſſum?Non de ignotis,ſed de notis hæc diſputo.Dico horribile quoddam atq; tremendū:non eſt ita malū dæmoniacos intus eſſe,ſicut iſtos qui peccatorū ſordibus polluūtur.Illud enim peſſimum eſt,ſicut Paulus ait, Chriſtū cōculcare,& teſtamenti ſanguinē ducere cōmunem,& ſpiritus gratiam contēnere. Multo igitur dæmoniaco peior eſt,qui peccati ſibi cōſcius

accedit, illi enim quoniã dæmone vexantur, nõ puniũtur: qui verò indignè adeunt, æternis tradẽtur tormẽtis. Omnes igitur ſimpliciter pellamus, quos indignè accedere videmus. Nullus cõmunicet, niſi ex diſcipulis ſit, nullus impuro animo, ſicut Iudas, panẽ aſſumat, ne ſimilia patiatur. Corpus Chriſti etiã hæc multitudo eſt, quare cauẽdũ tibi eſt, qui hæc myſteria miniſtras, ne dominũ irrites, corpus hoc nõ purgando, nec acutũ gladiũ pro cibo præbeas. Sed ſiquidẽ aliquis ignoratione mẽſam adiuerit, nullo timore territus abiice: Deũ, non hominẽ timeas: ſi hominẽ times, ab eo ipſo quẽ times, derideberis: ſin verò deũ, hominibus quoq; venerabilis eris. Quod ſi ipſe pellere nõ audes, mihi dicas, non permittã iſta fieri, animã prius tradã meã, q̃ dominicũ alicui corpus indignè, ſanguineḿq; meũ effundi potius patiar, q̃ ſacratiſſimum illum ſanguinẽ præterq̃ digno concedã. Quod ſi quis venerit cũ ſordibus ignorãter, nulla veſtra culpa eſt. Nã hæc mihi de notis ac manifeſtis diſputata ſunt, quibus emẽdatis, citò nobis deus etiam ignotos notificabit: ſin verò notos admittemus, qua de cauſa ignotos nobis manifeſtabit? Hæc mihi dicta ſunt, non vt coërceamus ſolùm, ſed vt corrigamus, & reducamus, & curam omnium habeamus: ſic enim & deum nobis propicium faciemus, & eos multiplicabimus, qui dignè communicare poſſint, vt tam veſtri ſtudij ac diligẽtiæ, quàm piæ in alios curæ magna præmia conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI, Amen.

HOMILIA LXXXIIII. EX CAP. XXVI.

Mar. 14. Luc. 22.

TVnc uenit cũ eis Ieſus in uillã quæ dicitur Geth-ſemane, & dicit diſcipulis ſuis: Sedete hic, donec uadam illuc, & orem. Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe, & dixit eis: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ: ſuſtinete hic, & uigilate mecum, &c. Quoniam ipſi valde inhærebãt, nec ab eo libẽter ſeparabãtur, idcirco cõſedere ibi iubet, donec abiens oraret. Conſueuerat nãq; ſeorſum orare, quod faciebat vt nos erudiret, quietẽ ac tranquillitatẽ in orationibus diligenter appetere. Tres autẽ ſecum accepit, & dicit eis: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Quãobrem alios non ſecũ accepit? Ne laberẽtur, & caderent: illos autẽ ſolos elegit, qui gloriã eius in monte viderunt,

derunt,quos tamen etiã dimiſit,& paululũ progreſſus ora uit,dicens: *Pater ſi poſſibile eſt,tranſeat à me calix iſte:uerun tamen nõ ſicut ego uolo,ſed ſicut tu.* *Et uenit ad eos, & inuenit eos dormientes,& dicit* Petro: *Ita non potuiſti una hora uigilare mecum? Vigilate igitur,ut non intretis in tentationẽ.Spiritus quidem prõptus eſt,caro autẽ infirma.* Non fruſtrà, neque ocioſè ad Petrũ maximè dirigit orationem,quanquã & alii ſimiliter dormirent:ſed tãgere ipſum acrius etiã hinc voluit, ea de cauſa,quã iam ante explicauimus. Verum quoniã & cęteri pariter dixerunt:cũ enim Petrus dixiſſet: Et ſi oportuerit me tecũ mori,nõ te negabo:ſimiliter, inquit, oẽs diſcipuli dixerũt. Idcirco infirmitatẽ eorũ redarguens oẽs alloquitˀ: nam qui mori cũ eo volebant,nec quãdo contriſtabãt quidem,cõtriſtari negligentes potuerũt, ſed victi à ſomno,ce ciderunt. Ipſe verò intẽtius orat,adeò vt vel ſudores vberius defluxerint. Ea rurſus de cauſa, ne hypocriſis res iſta videatˀ,néue poſſint hęretici dicere,quia ſolicitudinẽ & triſtitiam iſtã ſimulauerit,idcirco & ſudores quaſi guttæ ſanguinis defluxerũt,& angelus cõfortans eũ, & multa ſigna timoris apparuerunt. Nã ne quis ficta hæc audeat verba dicere,hac de cauſa orat. Eo igitˀ quod dixit, tranſeat ſi poſſibile eſt,humanitatẽ ſuã oſtendit: eo verò quod, nõ vt ego volo,ſed vt tu,ſublimẽ admirabilis philoſophię virtutẽ tradidit:cũ exẽplo nos doceat,etiã natura horrore perculſis, nõ eſſe mœrẽtis faciem ſolũmodo,videre quoque addidit: nec verba rurſum amẽtibus ſufficiũt,rem magis quęrẽtibꝰ: & rẽ ergo mœrẽtis adhibuit, vt vel qui valde cõtentioſi & pertinaces ſunt,credere poſſint verè hoĩem factũ,veréque mortuũ fuiſſe. Si enĩ quũ & vultꝰ,& verba,& res mœrorẽ ſignificauerũt,diſcernitˀ tamen à nõnullis paſſio:quid nã dicerent,ſi iſta nõ eſſent? Vides quot, quãtisq; diſpenſatiõibˀ veritatẽ oſtendit,cũ his quæ loqtur,tũ his quę patitur? Venit deinde,ac dicit Petro: Sic nõ potuiſti mecũ vna hora vigilare? Oẽs dormiebãt,& Petrũ coarguit, occultiꝰ eum de his reprehẽdens quæ in ſuperioribus fuerat locutꝰ,ac ideo Mecũ nõ ocioſè adiecit:ſed quaſi diceret,vigilare mecũ nõ potuiſti,& mecũ mori poteris? Id etiã inſinuat,quod ſequitur: Vigilate & orate,ne intretis in tentationẽ. Vides quomodo ipſos rurſus ab arrogãtia remouet,ac triſtis mẽtis & Mar.14.

humiles eſſe hortatur, deo totũ attribuẽtes? & modo ad Petrum, modo cõmuniter ad omnes verba dirigit. Et illi quidem dicit: Simõ, Satanas petiit te cribrare, ego verò deprecatus ſum pro te: cõmuniter autem oĩbus, orate nõ intrare in tentationẽ. Ita vbique arrogantiã, atque pertinaciã amputat, & magis ſolicitos facit: & ne acrior videaẽ, vniuerſa mitigando dicit: Spũs quidem prõptus eſt, caro autẽ infirma: & ſi enim mortem cõtemnere volueris, inquit, nõ poteris tamen, niſi deus tibi manũ porrexerit, quũ carnalis abhorreat ſenſus. *Rurſus autem abiens, orauit dicens: Pater, ſi non poteſt iſtud tranſire a me, fiat uoluntas tua.* Hic oſtendit volũtatem ſe dei omnino continere, & vbique voluntatem dei querendam, & eligendã eſſe. *Rediit autem, & inuenit eos dormientes.* Nam preterquã quod nox erat, & intẽpeſta, oculi etiam eorũ mœrore grauabantur. *Ipſe autem profectus tertio idem orauit.* Cõfirmãs hoĩem vere factũ fuiſſe: quod enim ſecundo, & tertio fit in ſcripturis maximopere veritatem oſtendit: veluti & Ioſeph ad Pharaonem dicebat: Secundo id tibi apparuit ſomniũ veritatis gratia: ita enim factũ eſt, vt ita credas oĩno futurũ, hac de cauſa etiã ipſe non ſemel, ſed bis & ter idem orando protulit, vt diſpenſatio firmiter crederetur. Cur aũt iterũ ad diſcipulos rediit? Vt eos redargueret, quoniã adeò ſopiti mœſtitia erant, vt neque preſentiam quidem eius ſentirent: nõ tamen redarguit, ſed paululum receſſit, magnã eorũ eſſe infirmitatem ſignificans, qui nec increpati quidẽ vigilare potuerunt: non excitat autẽ, nec increpat amplius, ne perterritos magis terreat: ſed recedens orauit, & rediens inquit, Dormite iam & requieſcite. Quamuis enim vigilare opus erat, ſignificans tamen, qa nec aſpicere quidẽ mala valebant, ſed fugerẽt præ timore, ac fugarẽtur: & qa minimè eorũ egeret auxilio, & tradi oĩno ipſum oporteret, dormite inquit, & requieſcite. *Ecce appropinquauit hora, & filius hoĩs tradetur in manus peccatorũ.* Oſtẽdit rurſus diſpenſatiõis hoc factũ fuiſſe, & ſimul animos ipſorum erigit, eo quod dixit, tradetur in manus peccatorũ: ſignificat enim, peruitatis illorũ hoc opus eſſe, nõ quia ipſe peccato ſit obnoxius. *Surgite eamus, ecce appropinquat qui me tradet.* Ita vndique ipſos erudit, non neceſſitatis, nec infirmitatis hanc rem fuiſſe, ſed diſpenſationis cuiuſdã inæſtima-

Margin notes: Luc. 22. (beside "dem dicit: Simõ"); Gen. 41. (beside "oſtendit: veluti & Ioſeph")

ſtimabilis: pręſciebat enim eos venturos, nec ſolum non fugit, verumetiam eos inceſſit. *Adhuc enim ipſo loquente, ecce Iudas unus ex duodecim, & cum ipſo turba cum gladiis & fuſtibus, miſſi a principibus ſacerdotum, & ſenioribus populi.* Hæc ſunt ſacerdotum inſtrumenta cum laternis, inquit, & lampadibus egrediuntur. Iudam autem iterum ex duodecim vnũ dicere non veretur. *Qui aũt tradebat eũ, dedit autem eis ſignum dicens: Quemcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.* Prohdolor quantã anima prauitatẽ ſuſcepit? quibus oculis tũc magiſtrũ aſpexit? quo porrò oſculatus ore eſt? O ſceleratiſſimã mentẽ, quid cogitauit? quid auſa eſt? quod ſignum proditionis dedit? Quẽcunq; oſculabor, inquit, confidebat enim in lenitate magiſtri: quę res maximè omnium cõfundere illũ, & omni priuare venia ſufficit, quia ita mitẽ, atque manſuetũ prodebat magiſtrũ. Sed cur nam hoc ſignũ datũ eſt? Quia ſæpius circũuentus ab ipſis pträſiuit per medium ipſorũ neſcientibus ipſis: quod & tunc factũ fuiſſet, niſi ipſe aſſenſiſſet. Et hac re volẽs eos erudire, etiã tunc tenebris oculos eorũ inuoluit. At tũc interrogauit, dicens: Quẽ quę- *Ioan.18* ritis? & quãuis laternas & lãpades, & Iudam ipſum ſecũ haberent, nõ nouerunt tamen, ſed reſpõderunt, Ieſum. Quibus ipſe: ego ſum, quem quæritis. Et ad Iudam: Amice, inquit, ad quid veniſti? Poſtquã enim vires patefececat ſuas, tunc iam pmiſit. Lucas autẽ oſtendit in ipſa quoque hora, *Luc.22.* qua traditus eſt, Iudã corripuiſſe, dicendo: Iuda, oſculo filium hoĩs tradis: ac ſi diceret, nõ te pudet in habitu proditionis venire: ſed tamẽ quoniã neq; ſic eũ prohibuit, & oĩculari dignatus eſt, & vltro ſe dedit, tũc iinmiſerunt in eũ manus, & tenuerunt illũ. Ipſa nocte in qua comederũt paſcha, tanta inſania, tantoq; furore agitabantur. Nihil tamẽ omnino potuiſſent, niſi ipſe pmiſiſſet. Idcirco Iudas maxima nõ euitabit ſupplicia, quinnimo multò magis iure vexabitur, quia oĩpotentiæ, humilitatis, lenitatisq; domini tot tãtaque habens argumenta, omnem feram beluã crudelitate ſuperauit. Hæc igitur conſiderantes, auaritiam fugiamus. Auaritia enim tũc illi furorem immiſit: auaritia oẽs qui ei ſeruiunt crudeles efficit atque atroces. Nam ſi propriam auarus ſalutem negligit, quid faciet de aliena? Pręterea ſic tetra & tyrannica hæc paſſio eſt, vt vehementiſſimã etiam

corporis libidinẽ nonnunquã ſuperet. Erubeſcendũ igitur eſt, quia pecuniæ parcimonia à luxuria multi ſe aliquando reſeruarũt: timore aũt Chriſti modeſtè viuere, atq; honeſtè noluerũt. Fugiamus ergo ipſam, fugiamus inquã, nunquã enim ceſſabo id prædicãs. Cur enĩ aurũ homo accumulas? Cur ſeruitutẽ hanc maiorẽ, durioréque tibi cõſtituis? Cur fœdiorẽ tibi carcerẽ paras? Cur maiorib⁹ te curis quotidie angis? Puta tuas oẽs eſſe quę in metallis ſũt auri venas, quę in ęrariis regũ argẽti põdera. Quippe ſi hęc oĩa tua eſſent, diligenter ſeruares, neque vnquã vtereris. Nã ſi modo his quæ habes nõ vteris, ſed tanquã ab alienis magnopere abſtines, multo diligẽtius ſi plura poſſideres id certè faceres. Nempè quãto plura poſſidet auarus, tãto parcior ſolet fieri. Sed certior ſum, ĩquies, quia hęc mea ſunt: Exiſtimatio, ne igitur, nõ vſu rerũ poſſeſſionẽ diuitiarũ requiris. At inquies, venerabilior apud hoĩes ſum pecuniis abũdãs, & pleriſque timendus: imò verò cũctis diuitibus, pauperib⁹, laborantibus, cęteriſque huiuſmodi hominibus facile contẽnendus. Vis metui eſſe atque terrori, abiice cauſas, quibus te illi carpere poſſunt, qui huic reĩ multã dant operã. Non audis quid trito prouerbio dicitur? Centũ ſimul viros vnũ pauperẽ, atque nudũ ſpoliare nõ poſſe. Maxima enim paupertatis propugnatione defendĩt, quem nullus rex, nullus imperator vincere poſſit: auaro aũt vniuerſi facilè poſſunt õbeſſe, neque hoĩes ſolũ, verumetiã tineæ, atq; vermes eũ aggrediuntur. Cur dico, tineas & vermes, quum tẽpus ſolum, nulla re addita, ſuipſius natura maximè talibus officere poſſit? Quæ igĩ diuitiarũ eſt voluptas, tu explices oro. Ego enĩ dolores, & mœrores ipſarum video. Sed qui ſunt, inquies, iſti? Curę, inſidię, deſidia, odiũ, timor, perpetua ſitis, & mœſtitia ſempiterna. Nã quẽadmodũ, ſi quis amans mulierẽ, amplex⁹ vti nõ poſſit, extremo dolore cruciatur: ſi diuites facultate quã habent, ſi auari ſunt, nullo modo ſe ſatiare poſſunt: ſed tale ſibi accidit, quale quidã vir ſapiens de eunuchis dicit: Cupiditas autẽ eunuchi virginitatis adu leſcẽtulę florem nititur eripere. Sicut igitur eunuchus virginem amplexus ingemiſcit, ſic oẽs qui diuitiis inhiãt. Qui autem poſſet omnia perſequi, aut exponere, quomodo vniuerſis faſtidio eſt auarus, ſeruis, vicinis, rempublicã gerẽtibus,

tibus,agricolis,atque inopibus iniuria læſis, vxori præci-
puè,atque liberis,quos nõ vt liberos,ſed quaſi mãcipia mi
ſerrimè ſolet educare? Sed mille doloris, moleſtiæ,irę, ac *Auarus oĩ*
denique deriſionis aduerſus ſe argumenta præberet,ſi cõ- *bus inuti-*
muniter oĩbus exibilandus proponeret. His igitur tædiis, *lis & fa-*
his faſtidiis,his doloribus auaritia ſubiacet: imò verò mul *ſtidio eſt.*
tò pluribus. Nemo enim hęc oratione aſſequetur,quę cum
periculo indies experimur. Tu verò voluptates modò mi
hi expone quæ inde oriantur. Videor inquit, diues eſſe,&
diuitem me omnes æſtimãt. Quæ nam eſt hęc voluptas, ſi
pateris inuidiam,ſolũmodo vt puteris? Sed nomẽ,inquies,
maximè habeo. Rectè id dicis, nẽpe huiuſmodi diuitię no
men ſolũmodo ſunt oĩ re deſolatę. Sed lætatur hac æſtima
tiõe diues inquis. Eadẽ re lętatur, ꝑ qua ſibi valde dolẽdũ
eſſet. Quam ob rẽ dolendũ? Quia ipſum inutilem,vilẽ,ac ti
midum ad oĩa reddit in peregrinationẽ proficiſci non au-
det,mortẽ multò magis,quã alii formidat: pecuniarũ po-
tius,q̃ lucis cupidus: hic pulchritudine cęli nõ delectatur,
quia ſibi non affert aurũ,nec magnitudine, ac motu ſolis,
quoniã non immittit in domũ ſuã aureos radios. Sed multi
ſunt,inquies,qui iucũde diuitiis fruũtur, viuentes in deli-
ciis,ventrẽ colentes,vino ſe replentes,magnifice oĩa præ-
parantes. Peiores illis modo nominaſti,qui maximè omni
ab vſu diſtabant pecuniarũ. Nã auarus quidẽ cupiditate æ
ris alligatus,ſaltẽ ab aliis abſtinet vitiis,illi verò abiectio-
res multo ſunt,quũ ad ea quæ diximus turpiſſimo aliorum
quoque vitiorũ dominatu fœdantur, truculẽtiſſimis quaſi
tyrannis,vẽtri,voluptati corporis, cęterisque vitiis quoti-
die ſeruientes,ſcorta diligẽter alentes,cœnas opipare ſum
ptuoſas pręparantes,paraſitos,aſſentatores ſtudioſè colli-
gentes,& ad cupidines,quas natura nõ ſuſtinet ĩcitantes,
mille propter hæc ægritudinibꝰ tam corpus,q̃ aĩam confi-
cientes. Nõ enim ad neceſſitatẽ,ſed ad corruptionẽ corpo
ris,& animę perditionẽ rebus vtuntur,& idẽ faciunt,quẽ-
admodum ſi ſumma corpore ornato diligentia,pudeat ad
ſui ipſius vſum pecuniam cõſumere. Quas ob res ille ſolus
vera fruitur voluptate,ac rerũ ſuarum dominus eſt,qui di-
uitiis rectè vtitur: alii autem oẽs ſerui,atque mãcipia ſunt:
paſſiones enim animæ & corporis ægrotationes adaugẽt.

Quæ

Quæ igitur tranquillitas, aut voluptas ibi animi eſt, vbi
cõtinua obſeſſio,bellũ ingens,& tẽpeſtas vniuerſos maris
fluctus exuperans viget? Pecunia quippe ſi amẽtem homi
nẽ inuenerit,inſanũ oĩno facit:ſi laſciuũ,in maiorẽ ĩpellit
luxuriam:pauperib⁹ prędicare audet nullũ eſſe ſapiẽtię ac
prudẽtię lucrũ. Maxima enĩ ignorantia nõ iniuria tenet.
Nemo quippe captus luminib⁹ ,lucis iucũditatẽ cognoſce
Eccle. 2. re poteſt. Salomonẽ dicentẽ audias: tanto ſapientẽ inſipiẽ
ti pręſtare,quantũ inter lucẽ & tenebras intereſt. Qua igit̃
ratione docere poterimus eũ,qui degit in tenebris? Pecu-
niæ nẽpe cupiditas tenebra eſt,qua efficit̃,vt aliter, quã ſe
habeant res videant̃: ſed quẽadmodũ ſi quis in profũdiſſi-
mis tenebris, aut vas aureũ ,aut lapides precioſos,aut ve-
ſtes aureas videat, dignitatẽ earũ rerũ diſcernere non po-
teſt,pariter certè auarus optimarum rerũ pulchritudinem
nullo modo percipit. Depelle igitur huius paſſionis caligi
nem,& tunc naturã rerum cognoſces,quæ nuſquã ſic aper
tè,vt in paupertate diſcitur: nuſquam ita probè cognoſcũ-
tur ea quę quũ non ſint,eſſe putantur,quẽadmodum in phi
loſophia. Sed ò ſtultos homnines illos, qui pauperibus ma
ledicunt,dicentes inopia vniuerſam perturbari vitã,& de-
decore claras nõnunquam domos maculari: quod eſt enim
hoc dedecus,dic quæſo? Non eſt ſibi cõſtructus ebore le-
ctulus,nõ argentea vaſa,ſed ſamia cuncta ſunt, & lignea,
ac magna iſtud gloria & nobilitas domus eſt. Iterum enim
ſecularium rerum cõtemptus vniuerſum ſępenumero ſtudiũ,
totamque operã ad curã animæ cõuertit. Quare quũ ab ex-
terioribus nimium pendere hominẽ videas, tunc de dede-
core illius erubeſcere debes. Nullus enim habit⁹,nulla ho-
neſta ſpecies in diuitum ædibus aſpicitur. Nã quãdo vides
ligna peripetaſmatibus velata, lectos exornatos argento,
quaſi in theatro,& ſuperba ſcenarum pompa: quid hac de-
formitate deformius fieri poteſt? Quæ igitur domus orche
ſtrę,ac tripudiorũ locis ſimilis eſt: diuitis ne an pauperis?
Diuitis certè: hęc ergo dedecoris plena eſt. E regione aũt
quæ domus Pauli,aut Abrahæ domui cõferri poteſt, nõne
domus inopis? Hæc igitur optima, atque probatiſſima eſt:
quod vt meli⁹ diſcas, Zacchęi domũ cogitatione ingredia
ris,& conſidera,quum audiſſet Chriſtum apud eum man-
ſurũ,

ſucum,quomodo eam ornauit,Non enim curriculo ad vicinos contēdit,mēſas,ſedes, ſubſellia petens eburnea, nec extraxit è loculis Laconica quędā mēſarū velamina,ſed ornatu Chriſto gratiſſimo decorauit.Quis porrò iſte?Dimidium,inquit,rerum mearum do pauperibus,& quadruplicata reddo quæ rapui.Sic & nos,oro, domos noſtras exornemus,vt Chriſtū ſuſcipere mereamur, hæc pulcherrima ſunt portarum velamina.Hæc in cælis ſolummodo fiunt, ibi texuntur,ibiq; iſta ſunt ibi cœlorum rex habitat. Si verò aliter ornabis,diabolum,& illius conuocas chorū. Cæterum Chriſtus ad Matthæum quoque publicanum diuertit:quid igitur ille fecit?Voluntate prius ſeipſum ornauit optima qua ſibi perſuaſit neglectis omnibus Chriſtū eſſe ſequendum,Sic & Cornelius orationibus, & eleemoſynis domū ſuā ornauit.Vnde factum eſt,vt vſque in hodiernā diem fulgentiſſimā habitet regiā. Vilitas enim, & deformitas domus,non à vaſis inordinatè proiectis, non à neglecto lectulo,nō à muris fumo decoloratis,ſed ab improbitate habitantiū cernitur. Quod inde Chriſtus oſtendit, quia virtute habitantis vel viliſſimas petere caſas non dedignatur.Ad improborū autē ædes etiam ſi aureis cōtegātur laquearibus,nūq̃ tamē ingreditur.Illa igitur regia rutilātiſſima eſt,in qua dn̄s omniū habitat. Hæc verò q̄uis aureis tectis,ingētibuſq; colūnis cōſtet,cloacis tamē,& omni ſorditie cōfluētibus riuis ſimilis eſt,cū diaboli vaſa i ea cōtineātur. Hęc mihi nō de diuitib⁹his,q vt oportet,īpēdūt: ſed de rapacibus,& auaris dicta ſunt,hic nullū ſtudiū nulla cura de reb⁹ neceſſariis eſt, ſed omnis opera ꝓ vētre, ac turpiditudine cōſumitur,ibi ad rectè philoſophādū omnia impēdūtur,Quapropter nuſq̃ videmus Chriſtū in ſplendidas ædes diuertiſſe,ſed regiis omiſſis,& molles īdutis purpuras poſthabitis,publicanorū caſas & piſcatorū eligebat. Quare tu etiā cū ipſū in domū tuā vocare volueris eleemoſyna,oratiōib⁹,ſupplicatiōib⁹,vigiliis ipſā diligēter ornato. Hæc Chriſti regis ornamēta ſūt,illa verò māmonę,qui hoſtis Chriſti atq; inimicus eſt: quas ob res nemo vilitate dom⁹ erubeſcat,ſi his ornamētis eā decorat,nemo magnificētia ędiū ſublimis īcedat:imò verò magis erubeſcat,& altis oīno cōtēptis palatiis,humiles eligat caſas,vt ī hac vita Chriſtum

Luc. 19.

Act. 10.

Chriſtũ ſuſcipiat,& in futura æternis ędibus perfruatur, gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amé.

HOMILIA LXXXV EX CAP. XXVI.

T ecce unus eorum qui cum Chriſto erant,extendens ma
E *num ſuam,euaginauit gladium, & cum percuſſiſſet ſeruum pontificis,amputauit auriculam eius dextram. Tũc dicit ei Ieſus,Conuerte gladiũ in locũ ſuum:Omnes enim qui acceperint gladium,gladio peribunt,&c.* Quis nam eſt iſte qui au
Ioan.18 riculam ſerui amputauit?Petrum certè fuiſſe Ioannes teſtatur,cuius ardentiſſimo animo iure iſta res attribuitur. Cæterùm,illud quærendum eſt, cuius rei gratia gladios ferebant?Non enim hinc ſolum, verumetiam inde liqui-
Luc.22. dò patet gladios eos habuiſſe,quia interrogati reſponderunt,duosſe gladios portare. Sed quam ob rem Chriſtus iſtud permiſit?Lucas ſanè ait,quia dixit ad eos, Nũ quãdo vos abſque pera,calceamentíſque miſi,re quapiã caruiſtis?Cúmq; illi nulla reſpondiſſent:ſed modò,intulit,qui habet ſacculum,tollat & peram:& qui non habet, vendat veſtimentum eius,& emat gladium:tunc illi dixerũt duos ſe gladios habere. Ad quod Chriſtus ſatis eſſe reſpondit. Cur igitur hoc permiſit?Vt facilius crederẽt,quia tradẽtur:propterea dixit eis,emite gladios, non vt percutiant animat,ſed vt prędicationem hac re ante oculos poneret. Quare autem peram etiam addidit?Vt eos erudiret,ſtudere ac vigilare multum,quoniã proprio vſuri ſtudio ſint. Nam in principio quidem rudes ac teneros virtute ſua fouebat,nunc autem quaſi è nido pullos educens,ſuis etiam pennis vti hortatur. Deinde ne putent imbecillitate ſe omiſſos eſſe ac ad ſuam operam compulſos,ad priorum memoriam reducit,dicens:Num quando miſi vos ſine ſacculo,re quapiam caruiſtis? ita vtrinque ad agnoſcendas res eius inducit,tũ quia eos protexit,tũ quia ſenſim ac pauliſper ad operam ſuã eos remiſit. Sedvnde nã ibi gladij ſunt inuenti? A cœna & menſa tunc iam exiuerũt,vbi propter agnũ gladios eſſe oportuit:illi verò quoniã audiſſent vẽturos aduerſus eũ aliquos eſſe,quaſi magiſtrum defenſuri ſecum gladios acceperũt. Quæ res diſcipulorũ animus ſolummodo erat, Propterea Petrus qui gladio vſus,cõminatione & quidem vehementi reprehẽditur. Vltus enim ſeruum

uum magno ardore animi eſt, quod nõ ad ſui, ſed ad magiſtri fecit defenſionem: Chriſtus verò nullũ detrimentũ fieri permiſit: confeſtim enim illum curauit, & hac magnitudine miraculi & lenitatem, & potentiam ſuam oſtẽdit. Tu verò diſcipuli quoq; & amorẽ pium, & humilitatẽ cõſidera: alterum enim ex diligendi feruore, alterũ ex obedientia fecerat. Nam cũ audiſſet, Mitte gladiũ in vaginã: quod antea nunquam fecit, ſtatim obtẽperauit. Alius autẽ Euangeliſta dicit, interrogaſſe diſcipulos ſi gladio percutiendũ erat, & Chriſtum non ſolum prohibuiſſe, verũetiã percuſſum ſanaſſe. Sed Petrum acriter, & quidem minando increpat, vt eum & cæteros ſimul ab huiuſcemodi defenſione deterreat. *Omnes enim qui gladium acceperint, gladio morientur* & adiecit *An putas, quoniam non poſſum rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi plus quam duodenas legiones angelorũ? Sed ut impleantur ſcripturæ.* His rationibus feruẽtes animos eorũ reſtinxit, maximè cum oſtendat iam ita prędictũ eſſe à ſcripturis. Vnde ſuperius quoque orabat, vt cũ audirent voluntatem hanc eſſe dei, mitiori animo ferrent. Ita duobus conſolatus eos eſt: eorum qui ſunt inſidiati ſupplicio. *Omnes enim qui acceperint gladium, inquit, gladio morientur.* & quia ſponte ſua hæc ſufferat. Poſſum enim auxiliũ, ait à patre habere ſi volo. Cur autẽ non dixit, an putatis, quia non poſſum omnes hos perdere? Quia nondum decentem, atque conſtantem de ipſo fidẽ habent, credibilius illis hoc erat, præſertim cũ pauloante dixerit: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: & Pater, tranſeat à me calix iſte. Et ad hæc ſudor quidem, & labor animi apparuit, & ab angelo confirmatus fuit. Quoniam igitur multa humanitati conuenientia fecerat, ſi ſe illos perdere poſſe dixiſſet, nõ fuiſſet veriſimile. Ideo an putatis inquit, non poſſe me impetrare à patre meo? & idipſum humiliter ꝓfert, dicens: Et exhibebit mihi duodecim legiones angelorũ. Etenim ſi vnus angelus centum octuagintaquinq; armatorum hominum millia interfecit, quid facerent duodecim legiones angelorũ? Ita ad imbecillitatẽ, atq; timorem eorũ qui metu iam ſemimortui erãt, orationẽ accõmodauit, & authoritate ſcripturarũ muniuit. *Quomodo igitur implebuntur ſcripturæ.* Sic eos ab omni defẽſiõe deterret. Nã ſi ſcri-

Luc. 22.

c. 26.

4. Re. 19

ſi ſcripturis quoq; ita videtur, quid vos repugnatis? Et hoc quidẽ ad diſcipulos: ad illos autẽ ait, *Tãquam ad latronẽ exiſtis cũ gladiis & fuſtibus cõprehendere me: quotidie in tẽplo ſedebã docẽs & nõ tenuiſtis me.* Recẽſe quot modis eos exſuſcitet. Supinos eos proiecit, aurẽ ſeruo reſtituit, interitũ eis cõminatus eſt, vt gladio moriẽtur qui gladiũ accipiũt, quod futurũ pręſẽti miraculo cõfirmauit. Sic vndiq; & à pręſẽtib⁹ & à futuris potẽtiã ſuã oſtẽdit vt nulla vi detẽtus eſſe videatur, & ideo ſubiecit: Quotidie vobiſcũ erã & ſedebã docẽs, & nõ tenuiſtis me. Hinc oſtẽdit permiſſione ſua id voluiſſe: miraculis autẽ pretermiſſis, de doctrina mẽtionẽ facit ne iactare ſe videret: docẽtẽ me nõ tenuiſtis, inquit, ſilẽtẽ aggreſſi eſtis: ĩ tẽplo erã, & nemo manũ in me iiecit, modo nocte cõcubia cũ gladiis & fuſtibus irruiſtis: quid opus aduerſus me his armis fuit? His omnib⁹ manifeſtũ facit, quia niſi vltro ſeipſum tradidiſſet, nihil etiã tũc ipſi potuiſſent. Si enim inter eos erat, & capere volẽtes nũq̃ potuerũt, neq; tunc quidẽ voluit ambigere, id quoq; ſoluit, dicẽs: *Hoc factũ eſt, ut ſcripturæ impleãtur.* Vides quomodo ſẽper etiã in ipſa proditiõis hora ad emẽdationẽ eorũ omnia faciebat, ſanãdo, prædicando, terrẽdo (gladio enim peribũt) ſpõte ſe ad paſſionẽ venire oſtendendo? Quotidie nanq; vobiſcũ erã docẽs, & nõ tenuiſtis me, concordẽ ſe patri ſignificãdo, vt prophetarũ ſcripturæ adimpleãtur. Cur aũt in templo ipſum non tenuerũt? Non fuiſſent auſi propter turbas. Quã ob rem etiã exiuit à loco & opportunitate tẽporis illis poteſtatem concedens, & excuſationẽ eorũ vndiq; ſuccidẽs. Nã qui ſeipſum tradidit, vt ſcripturas impleret, quomodo aduerſus deũ patrẽ dicebat? *Tũc diſcipuli omnes dimiſſo ipſo fugam ceperunt.* Quando verò hęc ad turbã locutus eſt, tũc in pedes ſe omnes dedere, nullam iam videntes eius defenſionem, qui vltro ſe traderet, ac diceret ſecũdũ ſcripturas iſta fieri. Sed diſcipuli quidẽ fugiunt, illi verò Ieſum ad Caipham ducũt. *Petrus autem ſequebatur, & introiuit uidere finẽ.* Ingens huius diſcipuli ardor fuit, qui nec cæteris quidẽ fugientibus territus eſt, ſed ſecutus etiam introiuit. Nã & ſi

Ioã. 18. Ioãnes quoq; id fecerat, ſed tamẽ notus erat põtifici. Cur autẽ ipſum eo duxerunt? Ibi omnes erãt cõgregati, & omni conſilio pontificum res gerebatur. Idcirco ad cũ omnes

conue-

niunt,qui illo anno ſummum pontificium obtinebat, vbi pernoctarunt vigilantes, adeò vt paſcha ea noctè comedere neglexerint. Mane autẽ facto non intrarunt in prætorium,vt Ioannes inquit,vt non cõtaminarentur,ſed vt mãducarent paſcha. Vnde liquidò patet,cupiditate interficiẽdi Chriſtũ preuaricatos fuiſſe,ac alia die paſcha comediſſe. Nõ enim Chriſtus,ſed illi audaciſſimi homines,& mille tranſgredientes legis præcepta, quoniã ita inflammati erant,& ſæpe conati capere ipſum nihil facere potuerunt, ex inſperato nacti quod cupiebant,tẽpus paſchæ tranſpoſuerunt,vt ardẽtes cęde animos eorũ explerent:propterea congregantur omnes,& cõſiliũ iam peſtilens erat. Et nõnulla more iudicis quærunt,vt habitũ iudicij,atque figurã inſidiis ponerẽt. Nõ enim cõueniebãt teſtimonio: ſed tumultus,atque turbationis omnia plena erant,adeo vt apertè fictum pateret eſſe iudicium. *Venerunt autẽ falſi teſtes dicentes,iſte dixit*: Soluite *templum hoc, & in tribus diebus erigam ipſum*. In tribus dixit certè diebus, ſed non ſoluo:ſed,ſoluite. Nec de illo tẽplo,ſed de corpore ſuo dicebat. Quid igitur pontifex fecit,vt ad reſpõdendũ cõpelleret,vnde capi ipſum arbitrabatur? *Non audis,inquit,quid iſti teſtantur aduerſus te?* Ieſus autẽ quia nullũ videbat excuſationi locũ,tacebat: figura enim ibi dũtaxat iudicij erat,re autẽ ipſa latronum impetus: pontifex igitur perſeuerabat dicẽs: *Adiuro te per deũ uiuũ,ut nobis dicas,ſi tu es Chriſtus filius dei uiui. Ipſe uero reſpondit,Tu dixiſti: ueruntamen dico uobis, amodo uidebitis filiũ hominis ſedentẽ a dextris uirtutis dei, & uenientẽ in nubibus. Tũc princeps ſacerdotũ ſcidit ueſtimenta ſua dicẽs*: *Blaſphemauit.* Quod ait,vt atrocius dictũ Chriſti videretur, & atrocior accuſatio fieret. Nã quoniã audiẽtes pterriti fuerãt: ſicut ĩ Stephano poſtea fecerũt,aures obſtruentes: ſimile qd hic à põtifice factũ eſt. Sed quæ nã erat iſta blaſphemia? Nã cõgregatis ipſis alibi iſtud ꝓpoſuit: Dixit dñs dño meo,ſede à dextris meis: qđ lati⁹ ab eo exponi audiẽtes,nihil audere auſi,& tũc tacuerũt,& nihil poſtea ipſi cõtradixerũt. Quo modo igitur blaſphemiã nũc iſtud appellabãt? Cui⁹ etiã rei gratia Chriſtus hoc eis reſpõſum dedit? Vt omnẽ eorũ tolleret excuſationẽ. Idcirco ad extremã vſq; diẽ apertè ſeipſum Chriſtũ eſſe dicebat,qui à dextris ſedeat patris, quiq; rurſus

Actu. 7.

Pſal. 109

rurſus ad iudicandũ orbẽ võturus ſit·quæ res magnã eius cõcordiã ad patrẽ ſignificat. Veſtimẽtis ergo conſciſſis, cæteros interrogat dicens: *Quid uobis uidetur?* Noli à ſeipſo ſentẽtiã proferre, ſed quaſi manifeſtiſſimo peccato, & blaſphemia patẽte ab illis eã elicere voluit. Nõ enim ignorabat ſi res in cognitionẽ & examinationẽ veniret exquiſitã, ab omni eũ crimine liberari, ac ideo apud ſeipſos cõdẽnari ſtupebat, & auditores præoccupabat, dicens: *Vosipſi blaſphemiã audiſtis.* hæc dixit, vrgens quaſi atq; impellens aduerſus eũ ſentẽtiã ꝓferre. Quid igitur illi? *Reus eſt mortis.* Condẽnatũ enim iam à ſe ad Pilatũ ducere volebant, vt facilius ipſum quoq; ad condẽnandũ impellerẽt, cuius rei omnes cõſcij vna voce reſpõdẽt, reus eſt mortis: ſic ipſi accuſabãt, ipſi diſceptabãt, ipſi ſentẽtiã ferebãt, omnium officia tũc ipſi occuparũt. Quomodo aũt ſabbata ĩ mediũ nõ propoſuerũt? Quia ſępius ora eorũ frenauit, ex his quę tũc facta fuerãt condẽnare ipſum cupiebant, & ad ea peruenit põtifex, vt omnibus ſciſſione veſtis ad ſe attẽtius attractis, ſententia iam ab ipſis prolata tanquã condẽnatũ ad Pilatũ ducãt: Ita callidè, atq; malitioſè cũcta gerebãt:

Ioã. 18. nihil certè tale apud Pilatũ dicũt: ſed quomodo? Niſi malefactor hic eſſet, nõ vtiq; tibi tradidiſſemus eũ: ita publicis criminibns interimere ipſum ſtudebãt. Cur aũt occultius nõ interfecerũt? Malã de Chriſto exiſtimationẽ ſuſcitare volebãt. Quia igitur multi audiuerũt eũ, & admirabãtur vehemẽter, atq; ſtupebãt tã de ſignis q̃ de doctrina: idcirco dederũt operã, vt publicè necaretur. Chriſtus verò nõ prohibuit, ſed in veritatis affirmationẽ proteruitate illorũ vſus eſt. Manifeſta enim morte ipſi⁹ omnibus facta, cõtrarius eſt cõſecut⁹ euẽtus q̃ illi optabãt. Illi enĩ ad dedecus ipſius publicè eũ necarũt, ipſe aũt ſumma hinc glo

Ioan. 11. ria ꝑfulſit. Et quẽadmodũ dicebãt: Occidamus ipſum, ne Romani veniãt, & ciuitatẽ nobis atq; gẽtẽ eripiãt: quo interfecto illud maximè paſſi: eodẽ nũc pacto publicè crucifixerũt, vt magna infamia notarẽt: euenit aũt omnino cõtrariũ. Poteſtatẽ autẽ habuiſſe illos ꝑ ſeipſos ĩterficere, Pi

Ioan. 18. latus declarauit dicẽs: Accipite eũ vos, & ſecũdũ legẽ veſtrã iudicate ipſum. Voluerũt aũt vt tãq̃ iniquus, tãquam tyrannus, tanq̃ factioſus turpiſſima videretur morte necatus.

tus. Qua de re latrones quoq; ſimul cū eo crucifixerunt, & ad Pilatū dicebant: Nō ſcribe regē hunc eſſe Iudæorū,ſed quia dixit regē ſe eſſe: quæ omnia ita pro veritate faciūt, vt nec vmbrā quidē excuſationis impudentiſſimi Iudæi habeant: imò cuſtodia,& ſignacula ſepulturę,magnū ſplēdorem veritati addiderunt,idē etiā conuicia, & contumeliæ fecerūt. Huiuſmodi certè res falſitas eſt, vt his rationibus diſſoluatur, quibus tetēdit inſidias,quod illis accidiſſe videmus. Nam quū viciſſe iam putarēt,tūc maximè ea re,qua putabāt viciſſe,in ſummū dedecus impulſi perierūt: quibus autem victus viſus eſt,hinc maximè refulſit,& mirabili eſt potitus victoria. Non quæramus igitur vbiq; victoriā, nec ſemper ſuperari vereamur. Eſt enim quādo victoria detrimentū,oſtenſio verò emolumentū adducit. Etenim in ira ꝗ valde contumeliatus aliū eſt,ſuperaſſe videtur,quū reuera ipſe maximè à turpi hac perturbatione victus nō parū ſibiipſi nocuerit. Qui autē magno animo tulit iniuriā, hic ꝓfectò & quidē cum laude ſuperauit. Ille nanq; nec ſuā quidē ægritudinē compreſſit,hic etiam alienā extinxit: & ille ſuo morbo ſuperatus eſt,hic etiā alienum curauit,nec ſolū ipſe inflāmatus nō eſt,verūetiam ingentē alterius flāmā extinxit. Quod ſi apparentē hanc,& nō veram victoriā cōſequi voluiſſet,& ipſe victus iacuiſſet,& aduerſariū magis incendiſſet,ſic turpiter ac miſerabiliter,quemadmodū mulierculæ ab ira exagitatæ ambo iacēt. Nunc verò & huius dedecoris expers eſt,qui philoſophatur, & præclarū tam ſibi,q̃ proximo de iracundia trophæū cōſtituit. Non igitur vbiq; victoria quærēda eſt. Qui enim lædit, ſuperare læſum videtur,ſed pernicioſa ſibi victoria ſuperat. Læſus autē ſi magno animo perfert iniuriā,quanq̃ victus videatur, coronā tamen ſplēdidā adeptus eſt. Sæpenumero ergo vinci q̃ vincere præſtātius eſt: optimus profectò iſte victoriæ modus eſt. Nam ſiue quis rapiat,ſiue percutiat, ſiue inuideat, qui ſuffert,& nō cominus aggreditur,ille pulcherrimus victor eſt. Cur rapinā & inuidiā dico,quum etiā qui ad martyriū traditur cæſus,laceratus,iugulatuſq; hoc pacto deniq; ſuperat? Et quidē in bellis oſtenſio pręlij eſt,ſi miles occiderit. Hæc apud nos clariſſima eſt victoria,nullibi certè malè agētes,& vbiq; mala ſufferētes ſuperamus: illa fulgētiſſi

ma victoria eſt,qua inferentē patiendo ſuperaſti. Cūq; oppreſſam exteriori victoriæ naturam habeat,quod maximè virtutis argumentū eſt,à deo eſſe demōſtratur. Sic ſcopuli fluctibus cæſi facilè ipſos diſſoluunt, ſic ſancti omnes preconio præclaro coronati,præclara trophæa ſtatuerūt,hanc victoriā laboris expertē conſecuti. Nō enim luctari te,aut laborare oportet,deus eas tibi vires conceſſit, vt nō cōſertione manuum,ſed patiētia vincas. Nō exeas igitur in prçliū,& viciſti:nō colluderis,& coronatus es, multo tu præſtātior & fortior aduerſario es. Tu teipſum dedecoras:noli cōmittere,vt ille poſſit dicere,vix à te in prælio ſuperatū fuiſſe:ſed fac vt inexpugnabilē hanc virtutē admiretur, &
Gen.37. ſtupeat,prædicetq; abs te ſine prælio victū fuiſſe. Sic beat⁹ ille Ioſeph,qui magno animo iniurias tulit,vbiq; & victor prædicatur. Nā & fratres,& Aegyptiā illam mulierē inſidiantes,ęquo animo ferēdo ſuperauit. Noli mihi carceres, vbi vinctus fuit,nec regiā vbi mulier illa verſabatur domū obiectare:ſed victū mihi,atq; victorē oſtende,& qui in voluptate,qui in mœrore viuebat,patefacias. Illa nec iuſtum illum virū,nec cupiditatē propriam ſuperauit:hic & mulierem repulit,& à difficillimo captus morbo nō eſt. Et ſi vis, verba mulieris audiamus,vt à ſuperato penitus,atq; ꝓſtrato animo proferri videas. Adduxiſti nobis huc,inquit,pue
Gen.39. rum Hebræū illudere nobis. Nō ille ô miſera,atq; iniquiſſima,ſed diabolus tibi illuſit,quia perſuaſit poſſe adamātiū abs te animū infringi. Nō adduxit tibi maritus Hebræum inſidiantē puerū,ſed callidiſſimus dæmon,qui in illicitam te impulit cupidinē. Quid autem Ioſeph?tacet omnino,& ſic condēnatur,velut & Chriſtus. Figura enim illa Chriſti fuerant. Sed erat ille,inquies,in vinculis,hæc in regia ſpaciabatur. Et quid eſt hoc?nōne illa ſplēdida fuit, coronat⁹ etiam hic,quum in carcere vinctus iacere videretur?Hæc autē omnino vincto miſerior,quanquā in regali thalamo verſabatur,ſed non hinc ſolū,verūetiā ab exitu rerū victoriam aſpicere ſolet. Quis enim quod voluit nactus eſt? ille vinctus ꝓfectò,non hæc regia mulier. Nam ille caſtimoniam ſtuduit cōſeruare,hæc caſtū illius animū corrūpere. Quis igitur voluntatē adimpleuit ſuā?Ille qui paſſus æquo animo iniuriā eſt,aut hæc quæ iniquiſſimè intulit? Ille ꝓculdubio,

culdubio, ille igitur clariſſima fuit potitus victoria: quę omnia nõ ignorantes, hanc victoriã quæ à patiẽtia originẽ trahit, totis viribus perſequamur: illã diligentiſſimè fugiamus, quę ab inferẽda iniuria naſcitur. Sic enim & pręſentẽ vitã quiete atq; trãquille pagemus, & futurã cõſequemur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

HOMILIA LXXXVI EX CAP. XXVI.

Tunc ſpuerunt in faciem eius, & colaphis eũ ceciderunt. Alii autẽ palmas in faciem eius dederũt, dicentes: Prophe*tiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit? &c.* Quãobrem hæc faciebant cũ occiſuri eũ eſſent? Quid enim huiuſmodi illuſione opus erat? Crudeles eorũ mores in omnibus oſtendũt, qui quaſi venatores fera inuẽta, ſic violẽtia & furore ferebãtur, ſolennitatẽ habere credentes, & ingenti cũ voluptate inſilientes. Tu autẽ ſublimẽ diſcipulorũ philoſophiã admirare, qui adeò exquiſitè iſta conceperũt, vt quãti facerent veritatẽ, facilè appareat, cũ ea quæ turpiſſima videntur, ad vnguẽ expoſuerũt, nihil celantes, nec erubeſcẽtes, ſed eximiã putãtes gloriã: & profectò eximia eſt, quod dominus orbis talia pro nobis pati voluerit: quæ res & ineffabilẽ erga nos charitatẽ, proteruitatemq; eorũ nulla venia dignã ante oculos ponit. Quippe aduerſus mitiſſimum illum atq; leniſſimũ, qui vel quãdo cædebatur, ea verba dicebat, quibus etiã leonẽ in agnum redigere poſſet, tantam crudelitatẽ oſtendebant, ſed vt ipſe nihil lenitatis prætermiſit, ſic ipſi nihil cõtumelię, nihil impietatis: ſed tã verbis q̃ factis explere furorẽ ſuum conabãtur: quæ omnia Eſaias ille prædixit, qui pauciſſimis verbis omnẽ hanc cõtumeliã multo antè aperuit. Quẽadmodũ, inquit, obſtupeſcẽt ſuper te multi, ſi inglorius erit inter viros aſpectus tuus, & forma tua inter filios hominum. Quid enim illi cõtumeliæ poteſt exæquari? In faciẽ illam quam fluctus maris reueriti ſunt, quã ſol in cruce videndo radios occuluit, ſpuebãt, cędebãt, caput percutiebãt, abũde animos ſuos explentes, & vulnera contumelioſiſſima inferentes, quibus ſpuẽdi cõteptum addere nõ verebãtur. Verba rurſus deriſionis plena proferebant, Prophetizã nobis Chriſte, dicẽtes, quis eſt qui te percuſſit? Sic illudebãt, prophetã ipſum appellãtes. Alius autẽ euangeliſta dicit, quia velamine ſua facie adoperta hęc faciebant,

Eſa. 52.
Luc. 8.
Luc. 22.

ciebant, quaſi quendã infamẽ & nullius rei hominẽ, nõ liberi ſolũ, verũetiam ſerui deludẽtes. Sæpius oro hæc attẽtè audiamus, hæc in cordibus noſtris cõſcribamus: hæc enim pulcherrima & glorioſiſſima ſunt: in his ego ſummopere glorior, nec minus me hi ſui dolores ſublimem efferunt, q̃ mille mortui quos excitauit. Hæc & Paulus itẽ, & item voluit atq; reuoluit, crucẽ, mortẽ, paſſiones, cõuicia, iniurias,

Heb.13. contumelias, & modò quidẽ ait: Exeamus ad ipſum opprobrium eius ferẽtes: modò autẽ, Qui pro gaudio ſibi propoſito crucem ſuſtinuit ignominiã contẽnens. *Petrus autẽ ſedebat in atrio foris, & acceſſit ad eũ una ancilla, dicens: Et tu eras cum Ieſu Galilæo Ipſe autẽ negauit coram omnibus, dicens: Neſcio quid dicis. Egreſſo autem illo ad portã, uidit eum alia ancilla, & dicit: Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Et rurſus negauit cum iuramẽto. Poſt paululum autem cũ acceſſiſſet, qui ſtabant, dixerunt Petro: Vere & tu ex eis es, etenim loquela tua te manifeſtum facit. Tunc cœpit anathematizare, quia nõ nouiſſet hominẽ. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus uerbi Ieſu, quod dixerat: Priusq̃ gallus cãtauerit, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amare.*

O res nouas, & mirabiles: quãdo capi magiſtrũ vidit, adeò efferbuit, vt ſtricto gladio ſeruum percuſſerit, quando autẽ magis indignari, inflãmari, ſuccẽdiq; debebat, tot tantaq; opprobria videndo atque audiendo, tunc abnegauit. Quis enim indignatione nõ inſaniret, nefandiſſima illorũ facta conſpiciẽs? pauore tamen ille omnino ſuperatus, nõ modò non indignatur, ſed pernegat, ac miſerę, vilisq; puellę verba ferre non poteſt, nec ſemel modò, nec ſecũdo, ſed etiam tertio negat, & hoc in breuiſſimo tẽpore, nec corã iudicibus, foris enim erat. Sedebat enim, inquit, in aula foris, &

Luc.22. cùm in portã exiſſet, eũ aggrediũtur, nec lapſum ſuum ipſe antea ſenſit, vt Lucas dicit, q̃ in eum Chriſtus reſpexiſſet. Ita non ſolùm negauit, ſed etiam quanuis gallus cantaſſet, caſum ſuũ tamen à ſeipſo non ſenſit, ſed magiſtri admoni-

Mar.14. tione indiguit, Cuius inſpectio vox illi facta eſt. Marcus ait, cùm ſemel Petrus negaſſet, tunc primò gallũ cãtaſſe: cũ verò tertio illum, tunc gallum ſecundo. Ita exquiſite ſolus explicauit, & piam magiſtri ad diſcipulũ curam, & imbecil-

Marc⁹ Petri diſcipu litatẽ Petri, & quod formidine motus vix ſeipſum cognoſcebat, hæc ab ipſo magiſtro Marcus didicit: diſcipulus enĩ

Petri

Petri fuit: vnde maximè ipſum admirari debemus, quia nõ ſolũ magiſtri delictum nõ occultauit, ſed exquiſiti᷒ etiam q̃ cęteri hoc ipſo, qa diſcipul᷒ erat, cõſcribere potuit. Quomodo igitur cũ Matthęus dicat: Anteq̃ gallus cãtet, ter me negabis: cũ tertio negaſſet, ſecũdo gallus cantauit, vt Marcus ſcripſit? & quomodo hæc vera & conſona eſſe poſſunt? Valde iſta certè vera, & ſibiipſis cõuenientia ſunt. Nã quoniam in vna vice ter & quater gallus cãtare aſſueuit: ſignificare voluit Marcus, quia nec voce quidẽ galli ĩ memoriã adductus eſt, nec ſe à negatione retinuit, vtrũque igitur verum eſt. Nã anteq̃ vnam cantandi vicẽ gallus abſoluiſſet, ter negauit. A Chriſto aũt in memoriam delicti redactus, ne lachrymis ꝓderetur, nõ eſt palàm auſus, ſed exiuit foras, & fleuit amarè. *Facto aũt die, duxẽt Ieſum a Caipha ad Pilatum.* Nam quoniã interficere ipſum ſtatuerunt, & ꝓpter diem feſtũ nõ poterant, ad Pilatũ eum dúcũt. Tu verò cõſidera quomodo res ita cõpulſa eſt, vt in die feſto ageretur. Quippe ita iam à priſcis tẽporibus fuerat figuris ſignificatum. *Tũc uidens Iudas, qui tradidit eum quod cõdemnatus eſſet, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos.* Hoc tam Iudæ, q̃ põtificum culpã exauget: illius, nõ quia eum pœnituit, ſed quia tardè pœnituit, & ſeipſum cõdemnauit, cõfeſſus à ſe factã eſſe traditionẽ. Horũ aũt, quia cũ poſſent mutare propoſitum, pſeuerarunt pertinaces, nulla pœnitendi cogitatione cõpuncti. Tu verò cogita, quando illũ pœnituit, quãdo ad exitũ ſcelus iam omnino ꝑuenit. Talis nẽpe diabol᷒ eſt, vt nõ dimittat hoĩem, niſi negligat ante vltimũ effectũ magnitudinem peccati præuidere, vt pœnitentia ductus à peccato reſiliat. Tam multis enim admonitiõibus Chriſti nihil flexus, cũ verò in vltimũ iam effectum res venit, tunc pœnitentia ducĩt, neque tunc vtiliter, & vt oportebat. Nam quoniam quidẽ cõdemnauit ſeipſum, & argenteos ꝓiecit, nec Iudęos veritus fuerat, oĩa hęc laudabilia ſunt: quod verò ſeipſum ſuffocauit, id ab omni venia remotum, pnicioſum fuit cõſilium dęmonis: præripuit enim eum anteq̃ pœniteret, vt pœnitentiæ fructũ amitteret, & extrema morte cunctiſque manifeſta, ſuſpenſus periit. Ita vndique cõſidera magnum veritatis ſplẽdorẽ cõflari ex his rebus, quas aduerſarii agunt vel patiũtur. Ipſum enim mortis genus, quo

lus, didicit ab eo quod ſcripſit.

CAPVT XXVII.

proditor periit,eorum ora qui Chriſtum dánauerunt profectò conſuit,nec ſinit vt vmbram ſaltē excuſationis inueniant.Quid enim dicere poſſunt,ſi talē aduerſus ſe proditor ſententiā protuliſſe inuenitur?Sed videamus etiā,cum argenteos principibus ſacerdotū retulit,quibus vtitur verbis. *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt, Quid ad nos?tu uidebis. Et proiectis argenteis in templo,receſſit. Et abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Nec enim potuit acerbos conſcientiæ ſtimulos & flagella perferre.Similiter autē & Iudæi faciunt. Nā cū debuiſſent iſtis cōmoueri,pertinaciſſimè tamē perſtiterunt,quouſq; ad exitū & effectū peccati peruenerunt. Nam peccatū quidē illius, quod erat proditio ad extremū modò venerat,illorū verò nondū.Cùm autē etiā illi ſcelus perfecerunt,& crucifixerūt ipſum, tunc cōturbātur modò dicentes:Noli ſcribere hūc Iudæorū eſſe regē.Quid enim timetis?cur turbamini?corpore iam exanimo in cruce ſuſpenſo?modò diligēter cuſtodiūt,dicentes: *Ne forte diſcipuli ſuffurētur, & dicant à mortuis eum reſurrexiſſe, & erit error ultimus peior priore.* At certè ſi dicent,niſi res vera fuerit, facilè redarguitur. Sed quomodo furētur, qui nec ſtare quidem potuerunt,cū caperetur,quorum caput & vertex puellæ verba nō ferens,tertiò ipſum negauit? Sed vt diximus cogitationū turbine ferebantur,grauiter enim ſe cōmiſiſſe non ignorabant,quod inde patet, quia dicebant ad Iudā: Tu videbis. Audite iſta,audite inquā auari, verſate animo quid ille paſſus fuit. Nam & pecuniā amiſit,& ſcelus admiſit,& animā perdidit. Hæc atrox auaritiæ tyrannis facere ſolet, non eſt argēto,nec hac vſus vita nō fruetur futura, vniuerſa ſimul amiſit: prauaq; vel apud eos quibus tradidit,æſtimatiōe de ſe ſuſcitata, laqueo demū gulam fregit. Sed vt dicebam,nō antequā rem perficiant,nōnulli inſpiciunt: video enim etiā illos nolle interea,quantam rē auderent aſpicere,ſed dicētes:Tu videbis:quę res culpam eorū maiorem reddit. Apertè nāque audaciſſimę iniquitatis teſtantes paſſione ſe ferri,& nolle à perperā cœptis deſiſtere oſtendūt,ficto ignorantię velamine ſtultè ſe adoperiētes. Nam ſi poſt crucē & mortē ipſius iſtud dixiſſent, quāuis neq; tunc rectè dici poterat,nō tamen adeò illos condemnaret: nunc autem cum adhuc in poteſtate veſtra

ſit,

ſit,& poſſitis ab hac vos abducere cæde, quomodo hæc dicere poteſtis? Hęc excuſatio veſtra multò magis accuſat. Quo nam pacto? quia totũ ad proditoré crimen refertis,cũ poſſitis ipſi huius ſanguinis expextes eſſe: vos aũt pertinaciſſimè ad peiora ꝑgredientes,crucé proditiõi addidiſtis. Quid enim tenuit,cũ illi dictũ ſit,tu videbis? à prauo propoſito deſiſtere:ſed cõtrarium oĩno faciunt, interitũ inferentes,& vbiq; tam nequiter agentes vt in pœnas ineuitabiles ſe coniecerint:ſic & paulo pòſt à Pilato eis poteſtate cõmiſſa,latronem maluerunt,q̃ Ieſum eligere.& latronem quidem manifeſtis criminibus inquinatũ,tanq̃ innocétem cõplectũtur,Chriſtũ verò qui nõ modo nihil criminis vnq̃ fecit,ſed plurimis etiam ac maximis beneficiis illos affecit,interfecerunt? Quid auté Iudas? Poſtquam vidit inutilé ſe laborem perferre, quia nollent illi argenteos accipere, proiecta in tẽplo pecunia abiit,& gulam laqueo fregit.

Principes autem ſacerdotum proiectos argenteos capientes, dixerunt: Nõ licet mittere in corbonã eos, quoniã precium ſanguinis eſt,& cõſilio inito,emerunt ex eis agrũ figuli in ſepulturã peregrinorum. Ideo uocatus eſt ager ille,ager ſanguinis, uſque ad hodiernum diem. Tunc impletũ eſt quod dictum eſt per Hieremiã prophetam,dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati,& dederunt eos in agrum figuli, ſicut dominus mihi conſtituit.

Video rurſus propria eos conſcientia condemnari, quoniam enim non ignorabant iniquè ſe hominis cædem cõmiſiſſe, noluerunt in corbonam pecuniam deponere, ſed agrum in peregrinorum ſepulturam emerunt:quæ res proditionis aduerſus illos teſtimoniũ eſt. Nomen enim villæ inditum omni clarius tuba ſceleratam eorum prædicat cędem: nec ſimpliciter,ſed concilio congregato id factum. Et in omnibus procedunt,ne aliquis ab hoc crimine innocens ſit,ſed omnes ſimul hac magnitudine peccati premãtur. Hæc autem multis ſeculis antea prædixit prophetia. Perſpicis, non ipſos ſolum, verum & prophetas turpiſſima opprobria exquiſitè narraſſe,& vndique magna voce. paſſioné prædicari. Sed Iudæi amentia conuoluti,hoc modo fecerunt. Si enim in corbonam pecuniam immiſiſſent, non ita manifeſta res facta eſſet: nunc verò villa empta,etiam poſterioribus rem vniuerſam prodiderunt. Audiatis

quicunq; animę hoīs preciū capientes, beneficiū poſtea ex cęde cōfertis. Iudaica huiuſmodi eleemoſyna eſt imò verò diabolica Sunt enī, ſunt inquā etiam nunc qui alienis dire ptis excuſatos ſe à toto crimine putant, ſi aliquā partē pau
Malac.2 peribus dederint, de quibus ait propheta: Altare meum lachrymis velaſtis. Nō vult certè Chriſt⁹ rapina nutriri, ingratiſſima hæc ſibi ſunt alimenta. Quid ita tu dominū con tēnis, vt res immūdas offerre audeas? melius eſt cōmittere, vt inedia tabeſcat, quā huiuſmodi alimento ſuſtētare. Alterum nēpe crudelitatis ſimul & cōtumeliæ: & melius eſt, nihil oīno dare, quā rem aliorū aliis cōcedere. Dic quæſo, ſi duos quoſdā videres, alterum oīno nudum, alterū indutū, nullāne iniuriam faceres, ſi veſtitum ſpoliares, vt nudum indueres? imò verò maximam. Quod ſi re integra cōceſſa, non eleemoſyna vſus es, ſed iniuriam cōmiſiſti, cū nec triceſimam partē raptarū rerum dederis, & eleemoſynā rem appelles, quo ſupplicio nōvexaberis? Si enī accuſabuntur, qui claudicātes offerebāt aīantes, cū tu peiora facias, quomodo veniā impetrabis? Nā ſi etiam ipſi à quo abſtulit fur rem reddiderit, adhuc iniurię adeò reus eſt, vt vix additione quadruplici crimen pſolnat, & hæc in veteri teſtamēto ſolū munit⁹: ſed noua etiā gratia renouata, cōſidera quantum in caput ſuū ignem exaggeret? quod ſi nondū pœnas ſſat, idcirco magis lachrymandū eſt, quia iram ſibi theſaurizat maiorē, niſi pœnitentiā egerit. Quid enī, exiſtimatiſne, ait, illos ſolos peccatores fuiſſe ſup quos turris cecidit? Non, dico vobis, ſed vos quoq; niſi pœnitentiā egeritis, ſimilia patiemini. Agamus igitur pœnitentiā, dem⁹ eleemoſynā, ab omni auaritiæ tabe puram: & demus non parcè, ſed copioſè. Veniat in mentē vobis, octo millia Leuitarū Iudęos alere ſolitos fuiſſe, & cū his viduas, & parētibus orbos, præterea muneribus & tributis ſubiectos militiæ quoq; oprā dediſſe: nūc aūt agros, domus, locationes, vehicula, equos, mulos, multaq; alia huiuſmodi ꝓpter vos & veſtrā crudelitatē eccleſia poſſidet. Oportebat enī hunc eccleſiæ theſaurū vos retinere, ac eccleſiā nō paruos ex noſtra deuotione conſequi fructus. Modò autē duo quædam mala cōmittūtur. Nam & vos quaſi nihil dare debeatis nihil confertis, & dei ſacerdotes à ſacerdotio aliena pertractant.

ſtant. An enĩ poterant etiam tẽpore Apoſtolorũ dom⁹, & agri ab eccleſia poſſideri? Cuius igitͬ rei gratia vendẽtes pecuniã offerebant? Quia id multo melius erat ꝓfecto. Nunc verò ſæculariũ cura rerũ vobis furẽtibus, timor noſtros inuaſit patres, ne dũ colligere ac nihil ſeminare ſtudeatis, viduarum, orphanorũ, & virginũ multitudo fame depereat, qua re cõmoti hæc ſibi cõparare coacti ſunt. Non libenter ad hanc ſe deformitatẽ immiſerũt, qui deſiderabant fructus ex noſtra deuotione ſic acquirere, vt orationibus ſolũ attẽdere poſſent: nũc verò coẽgiſtis eos eorũ qui ſæcularia gerunt negocia, curã & gubernationẽ imitari, vnde vniuerſa cõmiſcentur atq; turbantur. Cũ enim & nos eadẽ ſolicitudine teneamur, quis ꝓpitiũ faciet deum? Propterea os aperire nõ poſſumus, qa nõ melius eccleſia, q̃ ſæcularia gubernantur. Nõ audiſtis, quia nec quidẽ has pecunias, quæ abſq; labore fuerunt collectę diſtribuẽdas putauerũt Apoſtoli? Modo aũt in ꝓcuratores, diſpenſatores, caupones redacti epiſcopi ſunt, imò verò iſtos etiã cura, & ſolicitudine ſęculariũ rerũ ſuperarunt, Cũq; oporteat ipſos aĩarum habere curam noſtrarũ, hoc ꝑtermiſſo illa ſolicitè curant, quę publicanis, quęſtoribus atque villicis curanda ſunt, de his quotidie cogitant, & puigilãt. Hoc nõ fruſtra deploro, ſed vt harũ rerum mutatio quædã in melius fiat, vt & nos qui grauem hanc ſeruitutẽ patimur, miſericordiã cõſequamur, & vos fruct⁹, & theſauros eccleſię pręparetis: Si autẽ ita facere non vultis, ecce ante oculos veſtros pauperes ſunt, ex quibus quotquot potuerimus alere nõ negligem⁹: quos verò nõ poſſumus, vobis dimittemus: quos alite oro diligenter, ne in terribili die iudicii illa verba quę aduerſus immiſericordes dicẽtur, audiatis: Fameſcentẽ me vidiſtis, & nõ aluiſtis, hæc certè inhumanitas nos quoque vobiſcũ deriſibiles facit: orationib⁹ enim, atque prędicatione, cæteroq; cultu eccleſiæ prętermiſſo, alii vini, alii frumentorũ venditoribus, alii cauponibus per totam vitã colluctantur: vnde iurgia, cõtentiones, cõuicia, opprobria quotidie oriuntur, & vnicuique ſacerdotũ ſęcularibus idonea negociis impoſita nomina ſunt: oportet igitur in talia hæc mutari, & inde presbyteros nominari, vnde apoſtoli leges ſanciebant: à nutritione videlicet inopum, ab eorũ qui lædebãtur protectio-

1. Cor. 16
Heb. 10.
Epiſcoporum peccatum deplorat & eorũ reſtaurationem petit.

tectione, à diligenti erga peregrinos cura, à patrocinio eorum qui opprimunt̃, in orbos parentibus cura, à protegendis viduis, à defendendis virginibus. Hæc officia loco villarũ, & domorũ curę prȩsbyteris diſtribuere decet: hęc ornamenta eccleſię ſunt, iſti cõuenientes theſauri, qui & vobis faciliorẽ vitam, & nobis fructuoſiorẽ præbere poſſunt, imò vero nobis quoq; non paruã afferent vtilitatẽ. Gratia enim dei centũ millia hominũ huc cõuenire opinor, quorum ſinguli ſi vnũ panẽ quotidie paupertati offerrent, oẽs certè pauperes abũdarent: ſi vnũ vnuſquiſq; obolum ſolũmodo, nemo penitus ĩdigeret: & nõ adeò villis & agris attẽti eſſemus, nec tot iurgia & cõuicia quotidie pateremur. Illud enĩ euangeliũ, Vade ac vende vniuerſa quę habes, & da pauperibus, & veni ac ſequere me, opportunè nunc ad eccleſię p̃ſides, ꝑpter latas eccleſiarũ poſſeſſiones, & meritò, dici poteſt. Nõ enim ſequi Chriſtũ aliter poſſumus, niſi oĩs ſæcularis curæ ſimus expertes, Nunc verò proh dolor vindemiæ ac meſſi, dei ſacerdotes, & venditioni ac emptioni fructuũ aſſiſtunt: & illi quidẽ, qui figuræ atque vmbræ cultum habebant, quãuis corporalior eis adminiſtratio eſſet cõmiſſa, omniũ tamen harum rerũ erant immunes: nos verò qui ad penetralia cælorũ vocamur, quiq; ad vera ſancta ſanctorum ĩgredimur, mercatorum rurſus, & cauponũ curas ſuſcipimus, vnde & magna ſcripturarũ oritur negligentia, ingens in orando ſegnicies, & cęterorum omnium contemptus. Non enim poſſibile homini eſt ſufficiẽter ſtudio atque opera in vtraque diſtendi. Quare rogo, atque obſecro multo nobis vndique fontis ſcaturiginem, areamq́ue atque torcular noſtram deuotionem fieri. Sic enim & pauperes facilius eo alentur, & deus glorificabitur, & vos ad maiora miſericordię opera ꝓgreſſi, ęterna vobis bona impetrabitis: quibus vtinam omnes perfruamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

HOMILIA LXXXVII. EX CAP. XXVII.

Eſus autẽ ſtetit ante præſidẽ, & interrogauit eũ præſes I *dicens: Tu es rex Iudæorũ? Ipſe aũt dixit: Tu dicis. Et cũ accuſaretũ à principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpõdebat.* Reſpicis illud primũ inueſtigari, qđ Iudęi crebro malicioſè volebãt? Nã qm̃ videbãt nullam à Pilato de

lega-

legalibus curã fieri,ad publica crimina accuſationẽ reduxerunt. Sic aduerſus etiam Apoſtolos faciebant,eadẽ ipſa ſemper clamantes,quia circumuagantur Ieſum quendam regem eſſe prædicantes. Ita cũ quaſi de homine nudo hæc dicerent,ad ſuſpicionem tyrannidis impellere auditores conabantur,vnde patet ſciſſionem quoque illã tunicæ, & indignationẽ pontificis ſimulatam fuiſſe. Cũcta enim vertebant,atq; turbabant,vt in mortẽ ipſum iniicerẽt. Quod igitur illi maximè opponebãt, id nimirũ Pilat⁹ ſcrutatur. Quid igitur Chriſtus?tu dixiſti. Et fatetur ſe regẽ eſſe,ſed cæleſtem, quod alibi clarius ad eundẽ Pilatũ reſpondens dicebat,Quia regnũ meũ non eſt de hoc mundo. Verum ne aut illis excuſatio harũ rerũ relinquatĩ,apertiſſimam affert rationẽ,dicens: *Si de hoc mundo eſſet regnum meũ,decertaſſent utique miniſtri mei ne traderer*. Hinc patet hac dę cauſa & ipſum tributa detuliſſe,& aliis deferre iuſſiſſe, vt nullum hæc ſuſpicio locũ haberet; quando etiam regẽ conſtituere ipſum voluerunt,confeſtim fugit. Sed cur, inquies, affectandæ tyrannidis accuſatus, iſta non protulit? Quia cũ à rebus ipſis mille haberent argumẽta virtutis eximiæ, ſpõte vigilantes hæc occultabant,& iudiciũ ſtudioſè corrũpebant:propterea tacet pauciſſima quædã & rari⁹ reſpõdẽs,ne perpetuo ſilẽtio ſuperbus videretur. Põtifici enim quãdo adiurauit,& interroganti nõnunq̃ præſidi:ad obiecta verò crimina,quoniã minimè ſe perſuaſurũ ſciebat,nihil omnino reſpondit:quod & propheta quidẽ ſignificãs, ante multa ſæcula dicebat:In humilitate iudiciũ eius ſublatũ eſt. Mirabatĩ aũt his de rebus Pilatus valde. Erat quippe admiratione digniſſimũ, tanta cũ humilitate ac taciturnitate videre adſtantem illum, qui mille, permanifeſtiſſimáq; haberet argumẽta,cũ ſanè nec ipſi accuſatores vlli⁹ ei criminis cõſcii fuerint,ſed ĩuidia ſola mouerentĩ. Vnde falſis ductis teſtibus,quoniã nihil ĩuenire potuerũt,authoritate ſua vrgebãt,nec cõpuncti fuerũt. Cũ autẽ expiaſſe, aut iudicẽ lauaſſe manus vidiſſent:multa enim etiã Pilato traditus fecit,quibus reſipiſcere potuiſſent,ſed in nullo voluerunt molliores fieri. quid igitur Pilatus? *Nõ audis quanta aduerſus te iſti teſtantur?* Volebat enĩ ipſum ſatisfacientẽ liberari,ꝓpterea his verbis vtebatur:verũ quoniã nihil 1.Cor. 7.

Ieſus

Ieſus reſpondet, aliud quiddã excogitauit. Quid nã illud eſt? Mos erat ex cõdẽnatis vnũ eis dimittere, quã ratione liberáre Chriſtum tẽtauit, vt ſi nollent tanquã innocentẽ abſoluere, ſaltẽ vt condẽnatum aliquẽ à principe peterẽt, quẽ ſolennitatis gratia princeps populo cõdonauit. Nũc autem è contrario princeps à populo petit, neq; ſic illi mitigantur, ſed inuidentes magis, quaſi atroces feræ perturbatione liuoris inſaniunt. Nihil enim habebãt prorſus q̃d etiã aduerſus ſilẽtẽ obiicerent, ſed cumulo iuſtitiæ illius, etiã ſilentis redarguebãtur, ita vt tacẽdo dicacitatem atq; furorẽ illorum ſuperabat. *Sedente autem ipſo pro tribunali, miſit ad eum mulier eius, dicens: Nihil tibi & iuſto huic, multa enim paſſa ſum hodie per uiſum propter ipſum.* Aduerte rurſus quàm mirabile hoc eſt, quàm ſufficiens omnes illos reuocare: ad rerũ enim periculum, & innocentiæ argumẽtorũ claritatem non parua res ſomnium acceſſit. Cur autẽ ipſe Pilatus ſomnium nõ vidit? Aut quia mulier dignior erat, aut quia ſi præſes ſomnium hoc ſe vidiſſe dixiſſet, non ita ſibi creditũ fuiſſet, aut quia nõ edixiſſet, ſed ſecũ ipſe tenuiſſet. Idcirco igitur ex diſpẽſatiõe mulier vidit, vt omnib⁹ notũ fieret: nec ſolũ ſomniat, verũetiã multa patitur vt maritus vxori cõdolendo tardior ad cædẽ redderetur. Tẽporis quoq; opportunitas nõ parũ cõferebat: eadẽ enĩ ipſa nocte illo ſomnio fuit exagitata. Verũ non erat Pilato tutum, dices, ipſum liberare, quoniam affectatæ tyrannidis erat accuſatus, oportebat igitur argumẽta quærere, quibus iſta probantur, vtputa ſi exercitum cõſcribebat, ſi pecuniã ingentẽ cõflabat, ſi arma vel aliud huiuſmodi præparabat. Ille verò temere ab eis deducitur, quapropter culpæ nõ eſt expers. Maius nanq;, ait, qui me tibi tradidit, ha-
Ioã. 19. bet peccatũ. Mollicie igitur factũ eſt ſua, & vt cæderet, & flagellis cæſum cõcederet, ita mollis hic, eneruiſq; fuit, põtifices aũt proterui atq; malitioſi. Nã poſtq̃ ille cogitãdo legẽ adinuenit quandã, quæ ſolẽnitati ex condẽnatis aliquẽ cõdonare iubebat, turbis perſuaſerũt, vt Barabbã vna omnes peterent voce. Vides q̃ diligẽter ille prouidebat, vt eos ab hoc ſcelere liberaret, & quãto ipſi ſtudio, quãq; multa opera, vt ne vmbrã quidẽ ſibi excuſatiõis relinquerẽt. Vter enim dimittẽdus erat, certis iã criminibus cõdẽ

natus,

natus, an cuius adhuc cauſa pẽdebat. Nã ſi qua lata ſentẽtia etiã dimitti poterat, multo magis ille, cuius res in ambiguo vertebatur, imò certè homicida, atq; manifeſtis latronibus peior eis Ieſus videbatur: propterea non dixit latronẽ, ſed inſignẽ latronẽ eos habuiſſe, famoſum videlicet in proteruitate, & multis homicidiis inquinatũ. Prępoſuerunt tamẽ illum orbis Saluatori: nec rationẽ temporis aliquã habuerũt, quod ſanctũ erat atq; ſolenne, nec humanitatis leges, aut aliud huiuſmodi veriti ſunt: ſed inuidia penitus ſuperati, ad proteruitatẽ ſuã plebẽ etiã corrũpũt: ita deceptionis quoq; plebeæ extrema luẽt ſupplicia. Barabba igitur ab vniuerſis poſtulato. *Quid igitur faciam, inquit Pilatus, de eo qui dicitur Chriſtus?* Cõuertere illos rurſus aliquo voluit pudore: poteſtatẽ enim eis eligẽdi reliquit, vt ſaltem veriti Ieſum petãt, vt clemẽtiæ ſuæ totũ attribuatur. Cõtẽtioſos enim magis videbat fieri, cũ eis nihil ipſũ peccaſſe dicebat, ac ideo putabat, ſi humanitati eorũ ſalutẽ ipſius attribueret, facilius poſſe perſuadere: illi vero nõ dubitauerũt clamare, crucifige. Ad qđ ipſe, *Quid enim mali fecit? Tunc etiam magis clamabant, crucifige. Videns igitur Pilatus nihil ſe omnino proficere, lauit manus, dicens: Innocens ego ſum a ſanguine huius iuſti, vos videritis.* Cur igitur tradis? cur Act. 24. non eripuiſti? ſicut poſtea militũ tribunus Paulum? qui & ſciebat gratũ fore Iudæis, ſi Paul⁹ traderetur, & ſeditio, ac tumultus ea de re factus erat, reſtitit tamen generoſè, atque repugnauit, ſed non ita Pilatus. Verũ ignauiſſimè, atque molliſſimè vnà omnes corrupti labebantur. Nec enĩ Pilatus multitudini repugnauit, nec multitudo ſacerdotibus, ita vndiq; peribat ipſorũ excuſatio magna voce magis atque magis clamantiũ, crucifigatur. Nec interimere ſolũ volebant: ſed turpiſſimã crucifigẽdi eius cauſam æſtimari ſtudebant. Ideo iudice repugnãte, pertinaciter ipſi clamabant. Vides quot à Chriſto ad reuocationẽ illorum facta ſunt? Sicut enim Iudã ſæpenumero retrahebat; pari modo hos quoque reprimebat, tum per totũ Euangelij tẽpus, tũ in ipſa poteſtate iudicij. Oportebat profectò, quãdo lauiſſe manus iudicem viderunt, dicentẽ: Innocẽs ego ſum à ſanguine huius, quãdo Iudã laqueo ſe ſuſpendiſſe, quando rogantem Pilatum, vt aliũ pro ipſo acciperent tã

verbis quã rebus cõmoueri,atque cõpungi.Nã ſi proditor ſeipſum cõdẽnauit,ſi ſententiã laturus iudex proferendæ ſententiæ crimina reiicit.ſi mirabilis eadem nocte nobili mulieri apparuit viſio,ſi quaſi cõdẽnatus à Pilato petitur, quam poterunt excuſationẽ inuenire?Nã ſi nolebãt,vt innocẽtẽ abſoluere,nõ tamẽ hominẽ latrocinio proditũ ipſi anteponere debebãt. Verũ cũ viderẽt iudicẽ manuslauare, dicentẽmq; audirent:Innocens ſum,magis clamabant, dicentes: *Et reſpondens uniuerſus populus,dixit: Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros.* Quando igitur aduerſus ſeipſos ſententiam protulerunt,tunc omnia concedit Pilatus. Tu autẽ animaduerte hoc etiã in loco vecordiã ipſorũ.talis quippe appetitio temeraria,& proterua cupiditas eſt,vt nihil boni videre hominẽ ſinat:vobiſipſis maledicitis,quã ob rem etiam ad filios maledictionẽ protrahitis.Clemẽtiſſimus tamen Ieſus,quanuis ipſi maximè & aduerſus ſe, & aduerſus filios inſanirẽt,non tamẽ ex ſententia ipſorũ ipſos condẽnauit,ſed tam ex ipſis,q̃ ex filiis eos ſuſcepit,qui pœnitentiã egerũt,milleq; bonis honorauit.Nã & Paulus
Act.24. ex ipſis erat,& multa illorũ millia,qui in ſe ĩ Hieruſalẽ crediderunt.Conſidera enim,Iacobus ait.frater,q̃ multa millia Iudæorũ credẽtiũ ſunt,qui omnes ex illis fuerũt,ſi autẽ aliqui renixi ſunt,ſibiipſis imputẽt.*Tũc dimiſit eis Barrabbã, Ieſum autem flagellatũ tradidit eis ut crucifigeretur.* Cur flagellis cædit?Aut quaſi condẽnatũ, aut quaſi formam iudicio quandã afferens:vel vt Iudæis gratã rẽ faceret.Et certè reſiſtere,atque repugnare debuiſſet,præſertim cũ ipſe dixerit: *Accipite eum uos,& ſecundum legem ueſtram iudicate ipſum.* Multa nempe fuerunt quæ tam Pilatum, quàm Iudæos ab illo nefando iudicio prohibebant:inaudita ſigna,& miracula magna, incredibilis eius qui patiebatur,clementia,taciturnitas inæſtimabilis.Nã poſtq̃ & orãdo,& reſpõdẽdo hominẽ ſe eſſe demonſtrauit,ſublimem rurſus,ac vltra hominẽ tã ſilendo,q̃ deſpiciendo quę dicebãtur,oſtẽdit,quibus omnibus ad mirandũ ipſum adduci poterãt, ſed nihil horũ illis profuit. Cũ enim ſemel quaſi vinolentia,vel inſano furore oppreſſa ſit,difficillimũ eſt reſipiſcere,niſi generoſiſſima ſit anima quæ opprimitur. Periculoſum certè, periculoſũ inq̃ eſt,pernicioſiſſimis his paſſionib' locũ cõcedere

dere: quare oportet omni pacto reiicere ingreſſum ipſarũ atq; repellere. Nã ſi cõprehẽderĩt animã, atq; ſuperauerĩt, tũc ſicut ignis ingẽtẽ ac ſiccã nactus materiã, maximã ſolẽt flãmã accẽdere. Quare rogo atq; oro, omnia faciam⁹, vt quaſi maceria ſeparemus à nobis harũ ingreſſũ. Nullus igitur friuola ſe illa ratione conſoletur, qua vniuerſa proteruitas ĩ animã cõducitur. Illa inq̃ ratiõe nullus vtaĩ quo niã multi dicũt, quid hoc eſt, aut illud? mille certè hinc ma la oriũtur. Veteratore nĩ malorũ diabolus, cũ ſit magna ma licia multa opera, ingẽti ſtudio cõdeſcẽſioneq; nõnulla ad pditionẽ hominũ vtitur. A minimis enim plerũq; incipit, quod intueri hoc modo licet. Studebat in Pythoniſſæ deri ſionẽ Saul regẽ detrudere, iterũ quia non adhibuiſſet ille mẽtẽ, ad Pythoniſſas paulatim ipſum inducit. Nã quoniã Samueli nõ obtẽperauit, & holocauſta offerri præparauit, illo abſẽte accuſatus, ait, neceſſitas hoſtiũ facta eſt maior. Cumq; flere oportuiſſet, quaſi nihil mali feciſſet, lætabaĩ. Iuſſit deinde nõnulla de maledictis deus, ea quoq; tranſgreſſus fuit: hinc aduerſ⁹ Dauid illũ inſaniuit, ac ſic paula tim, atq; paulatim labẽs nõ ſtetit, quouſq; ad ipſũ pditiõis barathrũ ſeipſũ immiſit. Similiter etiã de Cain factũ eſſe vi dem⁹. Nõ enĩ cõfeſtim cędẽ fratris illi ſuggeſſit, ne magni tudine rei commotus tã ſceleſtum facinus abominareĩ, ſed pri⁹ perſuaſit deteriora offerre, nullũ eſſe id dicẽs peccatũ, deĩde inuidię veneno ſuccẽdit, nihil etiã mali hĩc ſecuturũ pſuadẽdo. Ita ſenſim in eũ illapſus ad cædẽ fratris, & ad ne gationẽ ſceleris impulit, nec pri⁹ ceſſauit q̃ malorũ omniũ verticẽ impoſuit. Repellẽda igitur malorũ initia ſunt. Nã etiã ſi ad maiora prima nõ progrederẽtur peccata, nõ eſſet tamẽ negligendũ, nũc vero p iſtã incuriã gradatim ſem per aſcẽdũt: quapropter omni ſtudio atque opera funditus principia peccatorũ ſunt euertẽda. Nõ enĩ vim delicti ſolã conſideres, nec quia paruũ ſit, cogites: ſed illud præcipuẽ tene, quia ſi radicẽ nõ euulſeris, magnus inde labor ſuccre ſcet. Mirabile quidẽ, atq; inauditũ dicere audeo. Solet mihi nõnunquã, nõ tãto ſtudio magna videri peccata eſſe euitanda, quanto parua & vilia, illa enim natura ipſa ſpõte auertiĩ, hęc autẽ hac ipſa re, qa parua ſunt, deſides reddũt: & dũ cõtẽnuntur, nõ poteſt ad expulſionẽ eorũ anim⁹ generoſe

1.Re.12.

nceroſè inſurgere, Vnde cito ex paruis maxima fiunt negligentia noſtra: hoc ipſum corporibus quoq; accidere videbis. Sic in Iuda maximum proditionis malum concreuit: niſi enĩ putaſſet paruũ eſſe pecuniã inopũ ſurripere, ĩ tantam proteruitatẽ nõ deueniſſet. Iudæi quoque, niſi putaſſent inanis gloriæ delictum minimũ eſſe, vſque ad cædẽ Chriſti lapſi non fuiſſent. Hac via omnia ſcelera fieri videbis. Nemo enim repente ad extremã improbitatẽ inſiliit. Habet quippe inſitũ quendã anima pudorẽ, atq; innatũ, quẽ ſubito calcare atq; ꝓiicere nõ poteſt, ſed ſenſim atq; paulatim ex negligẽtia perit: hoc pacto etiã idolorũ cultus aditum inuenit, cum vltrà q̃ oportet, viui ac defuncti, nonnulli honorarentur, hoc pacto ſimulachra & ſtatuæ adoratæ ſunt, hoc pacto deniq; fornicatio, & cætera vitia dominãtur. Cõſideremus autẽ, ſi nimiũ quidẽ, ac importune riſit, reprehenſus à quopiã eſt: reſpõdet aliis, nihil eſſe id mali. Quid enim eſt riſus, aut quid vnquã ex riſu mali ſequetur? Orta tamẽ ex ĩmoderato riſu pauliſper ſcurrilitas, à ſcurrilitate turpiloquium, à turpiloquio operatio turpis profecta. Quũ alius proximo ex incuria malediceret, reprehenſúſq; eſſet, contempſit, dicens nihil eſſe mali huiuſmodi verbis vti: ſed hinc diſſidia & odia nata ſunt, inde inimicitiæ capitales, hinc contumeliæ, à contumeliis porrò pulſatio, ac inde cædes plerunque ſecuta eſt. Sic à minimis ad maxima gradatim diabolus ducit, & inde ad deſperationẽ detrudit, & hanc viã priore nõ minorem adinuenit. Non enim tantos peccatum, quãtos deſperatio perdit. Nam qui deliquit, ſi ſeipſum per pœnitẽtiam excitabit, citò delicti remiſſionẽ impetrabit: qui autẽ pœnitentiã ſpernit, idcirco veniã impetrare nõ poteſt, quoniam medicinã pœnitentiæ nõ imponit. Certas adhuc addit Inſidias, quibus religioſos deuotiõis habitu ad peccandũ impellit. Et quãdo inquies, tale aliquid potuit efficere? Attende igitur, & diſce, vt à laqueis eius poſſis tibi cauere. Per Paulũ tibi Chriſtus ꝑcepit, vxorẽ à viro nõ
1.Cor. 7. ſeparari, nec alterũ altero priuari, niſi ex cõſenſu. ſed nõnullę quaſi caſtitatis ardore accẽſę, à viris abierũt, ita putãtes magnũ qd facere, ad adulteria viros ſuos cõpulerũt. Cogita igitur, q̃tũ mali cõmiſerint, quæ cũ magnos ꝓ caſtitate

labores

labores ſubierũt,quaſi adulterę accuſent,extremáq; ſuppli
cia daturæ ſint,quia in profundũ perditionis cõiuges prę-
cipitarunt. Alij rurſus à carnibus abſtinentes, ex laudabili
hac abſtinentia ad abominationẽ carnium lapſi ſunt, quæ
res atrocem eis pœnã præparauit: hoc autẽ fit,quando ali-
qui iudiciũ ſuum ſcripturis anteponunt. Sic & aliqui apud
Corinthios putarunt,perfectionis eſſe de omnibus indiffe 1. Cor. 8.
renter guſtare,de his etiã quæ prohibita ſunt: quod nõ mo Coloſſ. 2.
dò perfectionis non erat,verumetiã iniquitatis extremæ,
propter hoc & vehemẽter à Paulo corripiũtur. Et niſi cor-
rigantur,vltimo ſupplicio dicebat obnoxios eſſę. Alij rur-
ſus religionem eſſe putant non paruam,capillos capitis nu
trire,quod ex prohibitis eſt,& non paruum dedecus affert.
Alij magnum dolorẽ,& immoderatam triſtitiam, quaſi vti
lem poſt peccata laudant, atq; admirãtur. Quod diabolico
artificio fieri, Iudas patefecit,qui ex dolore nimio ſe ſuſpẽ
dit. propterea etiã Paulus pro eo,qui fornicatus fuit,formi 2. Cor. 2.
dauit ne quid tale pateretur: & admonuit Corinthios citò
eum liberare,ne nimio ſubmergeretur dolore: deinde oſtẽ
dens à diabolo nimiã hanc eſſe triſtitiã,adiecit: Vt nõ cir-
cunueniamur à ſatana. Nõ enim ignoramus,inquit, exco-
gitationes illius,quia dolos ſemper & fraudes nouas adin-
uenire ſolet. Si enim apertè pugnaret,facilis eſſet victoria,
imò verò nũc,ſi iugiter vigilamus, nõ eſt difficilis. Ad oẽs
has vias armauit nos deus,non eſſe cõtẽnenda parua cõſu-
lens. Audi ergo quæ Chriſtus admonet,dicẽs: Qui dixerit
fratri ſuo fatue,reus erit gehẽnæ ignis: & qui ad concupi-
ſcendam mulierẽ aſpexerit,adulter eſt. Ridentes etiã quaſi
miſeros deflet, & vbiq; initia & ſemina peccatorũ radici-
tus tollit: & de ocioſo nos verbo relaturos rationẽ aſſerit,
& Iob cogitationes filiorũ purgabat. Aduerſus autẽ deſpe-
rantes,ait: An nõ ſurgit qui cecidit,an qui auertit,nõ con- Hiere. 8.
uertitur? Et rurſus: Nolo mortẽ peccatoris,ſed vt conuerta Pſal. 94.
tur,& viuat. Et hodie,ſi vocẽ eius audieritis,&c. Et,quod Luc. 13.
lætitia ſit in cælis,quũ peccator pœnitentiã agat. Multaq;
huiuſmodi & documẽta & exẽpla in ſcriptura inueniũtur.
Ne autẽ religionis nomine perdamur,illud Pauli dicendũ 2. Cor. 2.
iterũ,atq; tenendũ eſt. Ne nimio dolore,inquit,abſorbeat.
Hæc igitur nõ ignorãtes omnibus diaboli viis, quibus de-

ſides peruertit, ſcripturarũ prudentiam opponamus. Noli ergo dicere:quid eſt,ſi formoſam curioſè aſpexero mulierem? Nam qui corde mœchatus eſt,is rem ipſam perageṙ non dubitabit.Noli dicere,quid eſt ſi pauperem hũc prætenbo?Hoc enim pacto,etiã alium tranſcurres,deinde aliũ atq; aliũ,ac tandẽ omnes contẽnes. Noli dicere,quid eſt,ſi rem proximi deſiderabo? Hoc enim Achab regẽ perdidit. Nam quauis preciũ dederit,veruntamẽ à nolente accepit pœnas perluit. Qui nullo precio dato,aliena rapit,præſertim quum gratiæ documentis ſit roboratus,quã punitionẽ non meretur?Quam vt fugiamus,ab omni vi & rapina diligenter abſtineamus, nec à peccãdo ſolũmodo,ſed ab initijs etiam peccatorum mundos nos conſeruantes, magno ſtudio virtutem amplectamur, ſi ad cælorũ regna proficiſci volumus,quo vtinã omnes perueniamus, gratia & miſericordia domini noſtri IESV CHRISTI, Amen.

HOMILIA LXXXVIII. EX CAP. XXVII.

T*Vnc milites præſidis accipientes Ieſum in prætorio,congregauerunt ad eũ uniuerſam cohortẽ,& exuentes eum, chlamydem coccineã circundederunt ei.* Quaſi omnes ex cõpoſito conueniſſent, ita ſigno dato ad choreã omnes diabolus concitabat. Nam & ſi poſſumus inuidię tabo exiſtimare ad inſaniã Iudæos concitatos fuiſſe,tamen qua de cauſa moti milites fuerint,non patet. Diabolus igitur erat, qui vniuerſos tunc illos occupauit: voluptatem etenim ex contumelijs propter immanitatem ſuam capiebãt. Quum enim oportuiſſet comprimi potius atq; lachrymare,nõ ſolùm hoc non faciebãt,verũetiam ecõtra,ſicut & plebs ipſa, & vituperabant,& inſultabant Iudęos forſan gratificãtes, aut ſuis vtentes moribus. Multis autẽ,varijſq; modis contumeliabantur. Caput enim illud ſanctiſſimũ modò pugnis, modò calamo cędebant,modo corona ex vepribus contexta decorabant. Quã igitur nos excuſationẽ vnquã habebimus,ſi vituperati ad iram concitamur,qui tot,tantaq; ſuſtinuiſſe Chriſtũ non ignoramus? Extremas certè ille cõtumelias ſuſtulit. Quippe quum non mẽbrum vnum,ſed vniuerſum corp⁹ atroces has iniurias pateretur:caput corona, calamo,pugnis, facies ſputis, maxillæ alapis, corpus reliquum flagellis,nuditate,amictu chlamydis,adoratione ſimulata

mulata,manus calamo,quem pro ſceptro tenere dederunt, os quoq; ipſum,& lingua aceti potione ac fellis. Quid iſtis vnquam grauius? quid contumelioſius excogitari poteſt? omnẽ iſta excedunt orationem,quæ illi quaſi timentes, nẽ quid relinquerent,crudeliter excogitauerunt, & audacter fecerunt,qui ſuis manibus prophetas occiderunt. Chriſto verò quãuis ſententia iudicis,ipſi tamen faciunt vniuerſa, ipſi & apud ſe damnarũt,& apud Pilatũ dicentes: *Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros.* Ipſi cõtumeliãtur & inſultant,ipſi vinciunt,& modò vinctũ ad Pilatũ deducunt: ipſi militibus cauſam præbẽt,ita crudeliter in eũ inſurgere:ipſi verbis,ipſi ſputis,ipſi verberibus cædũt. Nihil horũ certè à Pilato factũ eſt,ſed omnia illi effecerunt accuſatores,iudices,lictores,miniſtri capitaliũ rerum: hæc à nobis tunc legãtur,quũ venire omnibus atq; audire liceat. Nã ne gentiles dicant præclara nos atque inſignia Chriſti facta prædicare,opprobria verò & paſſionẽ celare:& ſanctiſſimi ſpũs gratia ita diſpẽſatũ eſt, vt in ſolẽnitate maxima, quum omnes vnà viri atq; mulieres adeſſe poſſint,iuxta diem paſchæ omnia hæc perlegãtur. Vniuerſis ergo præſentibus,ꝙ volunt,magna hæc voce prædicãtur,quibus cognitis Chriſtus tamen deus eſſe omnino creditur. Et quũ propter alia beneficia,quæ nobis contulit, tum propter hæc ex animo adoratur,quia tantũ ꝓ nobis cõdeſcendere dignatus eſt,vt hæc paſſus omni nos virtutis genere inſtituerit. Hæc ergo ſemper lectitemus,mirificã enim afferunt vtilitatem. Nam perſpiciens verbis & rebus & habitu contẽni,atq; per illuſionẽ adorari,cædi deniq; ac omnia pati extrema,etiam ſi lapis eſſes,ad mollitudinẽ ceræ flexus,omnẽ animi tumorẽ deponeres. Sed reliqua quoq; audias. Poſtquã enim deludẽtes ſaturati ſunt,denudato ipſo veſtes eius ceperũt,& ſedẽtes obſeruabãt quãdo expiraret:& veſtes eius inter ſe partiuntur,quod in alijs condẽnatis nõ fecerũt: nituntur autẽ omni tranquillitate potiri ea veſtimenta,quibus mirabilia geſta ſunt. Sed nihil tũc aduerſus eos gerit Chriſto ita volente:adeò enim magnus hic fuit contẽptus, quia in abiectum quaſi, atq; omniũ viliſſimũ agebatur, vt in latrones geſtũ non fuerit. Mediũ verò ipſum crucifigunt, vt exiſtimationis latronum particeps fieret. *Et dederunt ei acetum.* *Marc. 5. & 6.*

eE ij hoc

hoc etiã ex cõtumelia. Ipſe autẽ nolebat bibere. Alius verò
Ioan. 19. euãgeliſta dicit, quia quũ guſtaſſet, dixit: Cõſummatũ eſt.
Pſal. 68. Adimpleta iam eſt vndiq; prophetia: Dederũt in eſcã meã fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Nec tamen etiã ille eum bibiſſe oſtendit (nihil enim intereſt inter guſtare ſimpliciter, & nõ bibere) ſed de vno ac eodẽ dicuntur: nec tamen terminatur adhuc illorum inſania, ſed quum denudaſſent, crucifixiſſent, acetum attuliſſent, non poterant adhuc animũ explere, ſed in patibulo pendentẽ vidẽtes, & ipſi & tranſeũtes omnes amaris impetũt verbis, quæ & rebus ipſis mihi grauiora vidẽtur. Idcirco enim ita faciebant, vt tanq̃ ſeductor, qui omnia quæ dicebat, ad corrũpendos homines fruſtra eſſent, & in cõſpectu omniũ vituperatus decederet: ideo etiam militũ manibus, & publico reus iudicio cõfecto certior videretur. Et quanq̃ ſequẽs turba etiã lapides fletu ſuo flexiſſent, nullo tamen modo atrociſſimas illas beluas cõmouit: propterea turbã quidem allocutione dignã putauit, ilos verò minimè. Non enim ſolũ quæ optabant, fecerunt. verũetiam reſurrectionem illius formidantes, exiſtimationi ſuæ officere ſtudebant: propterea publicè iſta iactant, latrones cũ eo crucifigunt: & vt ſeductor ac mẽdax videretur. Deſcende clamabant, de cruce, qui templum deſtruis, & in tribus ipſum diebus reædificas. Nam quoniam ſcriptam à Pilato cauſam tollere nõ potuerunt: quia ſcriptũ erat, Rex Iudæorũ: repugnauit enim ille dicens: *Quod ſcripſi ſcripſi*: ideo vituperando nitebantur oſtẽdere, quia rex non eſſet. ideo tumultuantes dicebant: *Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce. & rurſus: Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſaluare neſcit.* Ideo etiam ſignis prioribus huic detrahere conabãtur. Et rurſus: *Si filius dei eſt, & ſi uult eum deus, ſaluet nunc eum.* O inſani, ſceleſtiq; homines: an prophetæ non erant prophetæ, & iuſti quos occidiſtis, iuſti non erant, quoniam eos Deus à periculis non eripuit? imò verò erant, etiam ſi à vobis iniuria vexabantur. Quid igitur huic amentiæ veſtræ æquale excogitari poteſt? Nam ſi exiſtimatis quod illorum apud vos propter pericula nomen perijt, ſed erant prophetæ, quanuis torquerentur: multò magis non debebatis in hoc ſcandalizari, qui & rebus ſemper, & verbis falſam hanc repulit opinionẽ: nihil tamen nec in ipſo tempore

re paſſionis, aut dicendo aut faciendo aduerſus exiſtimationem Chriſti efficere valuerũt. Nam & latro qui vitã in omni ſcelere cõſumpſit, tunc maximè quando iſta dicebãtur, eum cõfeſſus, regni eius fecit mentionẽ. Et plebs ipſũ amarè flebat. Sed quãuis ea quæ flebant, apud ignaros diſpenſationis, myſterii huius imbecillitatẽ teſtari videbanť, veritas tamen etiam per hęc cõttaria floruit. Hæc audientes, aduerſus omnẽ furorẽ & iram diligẽter nos armemus. Si ſuccendi cor tuũ ſenſeris, pectus cõtinuo ſignaculo crucis ſignato: repete memoria quæ tũc facta fuerũt, & ira ilico tanquam puluis diſſipabiť. Verborũ ſimul & factorũ recordare, non obliuiſcaris dominũ illum, te ſeruũ eſſe: ille propter alios, tu propter teipſum ſuffers: ille pro his de quibus bene meritus fuit, pro his qui crucifixerũt, tu aũt ꝑ teipſo: ille à cõtumeliantibus, tu verò ab his forte quib⁹ ſępe iniuriã intuliſti. Ille vniuerſa ſpectante ciuitate, imò verò & Iudæis & aduenis miſericorditer nimiũ locut⁹ eſt, tu paucis præſentibus ferre nõ poteris. Quo ad maiorẽ contẽptum occidereť, videtur à diſcipulis quoq; ſuis derelictus. Ita qui antea colebãt, fugam ceperũt: inimici aũt & hoſtes patibulo pẽdenti circunfuſi contẽnebant inſultantes, & deridebant oẽs vnà, Iudæi ac milites inferius, latrones vtrinque ſuperius: ambo enim etiã ipſi cõtumeliabantur. Quomodo igitur Lucas de vno dicit? vtrunq; profecto factum eſt, vterque antea, poſtea verò alter ſolũmodo deridebat. *Lucæ. 9.* Nam ne quis cõpoſitorẽ factum fuiſſe crederet, nec latronem illũ fuiſſe, qui latro fuit, ab ipſa cõtumelia etiã in cruce latro, atq; inimicus antea fuiſſe repẽte cõuerſus oſtẽdiť. Hæc igitur oĩa cogitando philoſophare. Quid enĩ tale, ac tantũ ferre tu potes, quale dominus tu⁹? Publice te quiſpiã vituperauit, ſed nõ talia tu audiſti. Verberibus cęſus es, ſed non tanto tẽpore, neq; ſic flagellatus, & denudatus. Alapis te quidam petiit, ſed non illo modo. Tu vero etiam adde, à quibus, & cur, & quando, & quis ipſe quoq;: & quod grauius eſt, nemo illa facta criminabatur, nemo quærebatur, ſed ecõtra probabant oẽs, & cædentibus, ac deridentib⁹ ſe coniungebant, & quaſi arrogãtem quendam ſeductorem, ac deceptorẽ, qui re verba ſua cõprobare nõ poſſet, ſic deridebant. Ille vero ad hęc vniuerſa tacebat, maximum nobis

longanimitatis prębens exemplũ.Nos aũt hęc audientes, nec famulos quidẽ patimur noſtros,ſed magis q̃ ſylueſtres aſini calcitramus atq; ſalimus,crudeles ac ĩhumani ſiquid aduerſus nos dictũ vel factũ ſit,nullam aut paruã exiſtima tionẽ facientes ſi hæc in deum cõmiſſa ſint.Similiter quoque aduerſus amicos afficimur:dolorẽ quis ĩtulit, ferre nõ poſſumus:verbis carpſit,omni belua mouemur atrocius. Nec prodeſt quod iſta quotidie lectitentur: diſcipulus pro didit,cęteri eum reliquerũt,quibus multa & magna collata beneficia fuerant. Hi furore cõcitati in faciem ſpuebãt, põtificis ſeruus colapho petiit,milites cædebant, qui aderant illudebant,& cõtemnebant,nec vllum ad quẽquã verbum emiſit,ſed omnes vicit ſilẽtio. Ita opera iſta te docẽt, quanto mitius feres,tanto magis te malefacientẽ ſuperaturum,& admirationi apud omnes futurũ. Quis enim nõ mirabitur eum,qui opprimentium contumelias æquo animo perfert?quẽadmodum enĩ etiam cũ iuſtè quiſpiam torquetur,ſi magno animo patitur,ĩiuſtè cruciari multis videtur, ſic qui cũ iniuria vexatur,ſi nõ perfert, iure puniri putabitur ac deridebitur,quaſi mancipiũ ab ira diſtractus, & animi nobilitatem furori ſubiiciens.Nec enim liberũ eum hominem dixerim,etiamſi mille ſeruis dominetur. Sed valde me,inquies,ille iritauit. Quid hoc eſt?tunc enim maximè oportet philoſophari. Nam quando nõ incitanĩ,feras quoque manſuetas eſſe videmus:non enim ſemper furore ipſas ferri cernimus,ſed quãdo cõcitantur. Quare ſi tunc ſolum modo quieſcimus,quando nemo irritat,in quo beluis præſtabimus?Illæ tamen iuſtè plerũq; mouenĩ, & excuſari poſſunt,quoniã prouocatę,ac punctæ cõcitantur, præterea rationis expertes,duce natura mouentur:tu verò in ferarum incidẽs morẽ,vnde tibi excuſationẽ parabis?quid enĩ mali paſſus es?rapta ſũt abs te tua,at hac ipſa de cauſa ferre magis oportet,vt maiora lucrari poſſis. Laude ac gloria priuat⁹ es,& q̃ti hoc eſt?minor ꝑfecto fact⁹ nõ es,ſi philoſopharis. Si verò nihil mali pateris,cur iraſceris ei,q nõ modò tibi nõ nocuit,verũetiã ꝓfuit?Nã negligẽtes honorati,molliores reddũtur:diligentes autẽ,ex deriſione & cõtumelia fortiores efficiũtur. Ita profecto deſides laude magis quã vituperatione lędũtur. Nã vituperantes quidem ſi attẽdimus,

mus,cauſam nobis prębent philoſophandi:laudantes autē arrogantiæ mollitie,inani gloria impellere animos ſolēt: cuius rei patres ſunt teſtes,qui filios non ita laudibus efficiunt, vt cōuiciis reprimūt,timētes ne aliquā inde mollitiē contrahant:Et Prædagogi ſimile quoddam adoleſcentib⁹ remediū afferunt. Quare ſi auerti nōnullos decet,adulatores magis,quā contumeliātes odiſſe oportet. Maior enim non attendentibus ex adulatione peſtis oriri ſolet:& facilius eſt hanc,quam illā paſſionē ſuperare. Quare qui ſuperat illam,tū mirabilior videt̄,tum etiam maiora cōſequetur præmia. Mirabilius enī profectò eſt videre hoīem qui dum vituperatur,quā hominē qui dum depellitur,& percutitur,nō decidat.Sed quomodo,dices,potero non moueri? Vituperando quidā perſequitur, crucis ſigno ſtatim pect⁹ ſignato,recordare omniū quæ tunc geſta ſunt, & cōfeſtim oīa extinguūtur:nec quia vituperat modò aliquis cogita, veumetiam ſi quid boni vnquam ab illo in te profectū eſt, diligenter cōſidera,& cōfeſtim ad clementiam redigeris. Immo verò ante omnia deum timeas,idque ſemper tecum verte. Quę cogitatio cito te modeſtū,ac māſuetum faciet. Pręterea à tuis quoq; famulis documentū ſuſcipias,cōſideraque nonnunquā te vituperante illos ſilere,& hinc intellige non eſſe hanc philoſophiam difficilem:hoc modo furorem tuum condemnabis, & in ipſo cōtumeliandi tempore diſces non eſſe cōtumeliandum,& ſic ne ipſe contumeliis affectus dolebis.Cogita quia non eſt in ſe qui vituperat,& nō moleſtè feres contumelias eius.Nam & dęmoniaci plerunq; nos verberant,nec ſolū non mouemur, verumetiam eos deflem⁹:Ita igitur etiā tu facito, miſereat te cōtumeliātis.Magna enim belua ira ſcilicet,& furore,& pniocioſo dæmone detinetur,ſolue ipſum qui ab huiuſmodi dęmone vexatur, & ſic inſaniendo breuiſſimo temporis ſpacio corrūpitur.Huiuſmodi enim hæc ægrotatio eſt,vt non egeat longo ad perdendum hominem tempore,propterea quidam dicit,Momentū furoris eius căſus eſt ipſi: hoc ipſum videlicet tetrū atque tyrannicū oſtēdens,quia breuiſſimo tēporis ſpacio,& ſine aliqua ferè mora maximo ſolet afficere malo.Nā ſi ad vires ſuas prolixitas etiā temporis accederet,inſuperabilis hæc pœnę paſſio eſſet.Vellē poſſę oſten-

oſtendere qualis quidē ſit, qui vituperat, & qualis qui philoſophatur, & nudū vtriuſq; animū in medium ducere, vides enim alterum fluctib⁹ exagitari, alterū in trāquillo portu quieſcenti nauiculę ſimilem eſſe. Nam impetu horū turbatur fluctuū, & ipſos facilè diſſoluit. Cum enim qui vituperāt, omnia faciunt, vt moderare poſſint ſi ex iſta ſpe deciderint, facilè mitigātur & leniūtur. Nō eim videbis hominem ita cōmotum, qui poſtea ſe non magnopere condēnabit: veluti etiā ecōtra, qui non cōmotus ira, nunquā hoc factū ſuum ſolet condēnare. Nam ſi etiam īſurgere opus ſit facilius atq; prudentius id abſq; ira, quàm cū ira facere potes, & ad hoc nullū inde poſtea capies tędiū. Ita ſi volumus apud noipſos facilè bona retinebimus, nihilq; nobis per gratiā deerit, quod ad tutelam & laudē noſtram ptineat. Sed quęris laudē ab alio: tu igitur teipſum honora, & nemo te dehoneſtare poterit: ſi verò tu teipſum dehoneſtabis, etiā ſi oēs homines te laudent, nihilominus non honoraberis.

Simile. Quēadmodum enī nullus nos lædere poterit, niſi à nobiſ pſis lędamur: ſic niſi noſipſos vituperemus, nemo alius nos vnq̄ dedecorabit. Ponamus enī mirabilē quendā atq; inſignem eſſe virū, quem oēs adulterū, furē, ſepulchrorū euerſorē, homicidā, latronēmq; prędicent: ille verò nec irriteť, nec moleſtè ferat, nec alicuius hmōi rei ſibi cōſcius ſit, qua igitur inde vituperatione læditur? nulla ꝑfecto, quid, inquies, ſi multi malā de ipſo habeant opinionē? nulla inquā oīno vituperatione ipſe lęſus eſt, ſed illi ſe vituperarūt, qui

Simile. aliū quàm decet talē virū exiſtimant. Dic quęſo, ſi quis ſolē tenebrarū authorē exiſtimet: ſolíne, an ſibi detraxit? Sibi videlicet ipſi: cū furioſi & inſaniētis opinionē cōſequatur. Eodem ꝑfecto modo, qui prauos bonos eſſe putant, & ecōtrario, ſeipſos vituperant. Quare magnū ſtudiū, multámq; operā adhibeamus, vt cōſcientia noſtra mūdata, nullas aduerſus nos anſas, nullā malam excitemus ſuſpicionē: ſi verò alii hoc pacto nobis affectis inſaniunt, non moueamur. Nam qui praua multorū opinione, cū bonus ipſe ſit, lędi videtur, nunq̄ profecto inde fiet, vt talis nō ſit qualis eſt: qui verò fruſtranea cōmotus ſuſpicione, peſtiferū in ſeipſum morbum attraxit, hoc etiam pacto prauus, ſi è cōtrario bonus eſſe videtur, nō modò nihil inde lucratus eſt, verūetiā

& in

& in deſidiã incidet nõ minoré,& maiori cruciatu vexabitur. Nam qui cũ malus ſit,malus etiã exiſtimat̃, forſan humiliatus delicta ſua facilia cognoſcet:cũ vero prauitas ei⁹ latet,ſecurus degit. Nam ſi accuſantibus vniuerſis,vix reſipiſcũt multi atq; cõpungunt̃:quando excitari poterunt , ſi nõ ſolũ reprehendi,verũetiam laudari ſe à multitudine ſciant?Nõ audis Paulũ id accuſantem,quia eũ qui fornicatus fuerat,nõ ſolum cognoſcere peccatũ ſuum Conrinthii nõ permiſerunt,verũetiam in peiora detrudebant applaudentes,honorantéſq; ipſum? Quas ob res vehemẽter rogo atq; obſecro,vt ſuſcipicionibus & laude,ac vituperatione multorum neglectis,diligẽter inuigilemus,ac faciamus,ne alicuius nobis mali cõſcii ſimus, néue noſipſos vituperemus: Hoc enim modo tam in præſenti,quàm in futura vita magnã gloriam conſequemur,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria,&c. 1.Cor.5

HOMILIA LXXXIX. EX CAP. XXVII.

A *Sexta autẽ hora tenebræ factæ ſunt per uniuerſam terrã uſq; ad nonã horam. Circa autem horã nonam clamauit Ieſus uoce magna dicens: Eli Eli lama ſabachthani: hoc eſt, deus meus, deus meus ut quid dereliquiſti me?*

Hoc eſt illud profecto ſignũ,quod petẽtibus Iudæis daturum ſe dicebat,dicẽs:Generatio praua & adultera ſignum quærit,& ſignũ nõ dabitur ei,niſi ſignũ Ionæ prophetæ. Crucẽ enim,mortẽ,ſepulchrũ,atq; reſurrectionem ſignificat. Et rurſus alio quodã modo virtutes crucis ſignificãdo dicebat:Quum exaltaueritis filium hoĩs,tunc cognoſcetis quia ego ſum. Tale quippe aliquid dicitur. Quũ me crucifixeritis, ac iã victoriã cõſecutos vos putaueritis, tũc vires meas cognoſcetis. Nã ciuitas eorũ poſt paſſionẽ Chriſti periit, mores ceſſarunt, diſciplina ciuilis & ſua libertas euanuit:pręedicatio vero floruit,&ad extremas vſq; orbis oras euangelicus ſermo puenit,& terra ſimul ac maria frequentata deſertaq; loca oĩpotentiam eius prædicant:hoc igitur dicit,& ea quæ in ipſo tẽpore crucis acciderũt. Quippe mirabilius erat in patibulo crucis pẽdente ipſo, q̃ humi gradiente illa fieri. Acciditque etiam, quod de cælo illa facta ſunt,quẽadmodum Iudæi petebant, & in vniuerſo terrarũ orbe, Mar.8. Ioan.8.

orbe,quod nondũ plus accidit, niſi in Aegypto duntaxat, quando paſcha erant celebraturi. Illa enim hæc figurate ſignificabant. Tu verò etiam animaduerte,quando tenebræ fiũt, in media videlicet die fiunt, vt vniuerſi qui terram habitant videant,quia dies vbique terrarum tunc eſt. Hoc ſignum non magnitudine ſolũ miraculi, verũetiam qa facilimè accidit,ad cõuertẽdos eos ſufficiebat:poſt oĩa verò quę per inſaniá & furoré fecerũt factũ eſt,quãdo iam ipſe furor ceſſauit,quãdo deridẽdo ſaturati ſunt, quãdo cõtumeliãdo animũ ſuũ explerũt, quando deniq; oĩa ſibi dicta ſunt,quę volelant,tũc tenebrę apparẽt, vt ſaltẽ tunc ira depoſita,nõnihil ab hoc ſigno cõſequerent. Mirabili⁹ erat certè talia efficere,dum eſſet in cruce, q̃ de cruce deſcẽdere.Nã ſiue ab eo hęc facta eſſe putabant,timere ac credere oportuiſſet: ſiue nõ ab eo,ſed à patre,oportebat tamen propterea cõmoueri atq; cõpũgi.Iram enĩ dei propter facta ipſorum cõmotam eſſe tenebrę illę ſignificabãt. Nã quia eclipſis nõ erat,ſed ira quædã atque moleſtia,nõ hinc ſolũ, verũetiã à ſpacio tẽporis patuit.Per tres enĩ horas eclipſis illa permanſit,quũ tamen breuiſſimo quodam tẽpore accidere ſoleat,quod nõ ignorant qui viderũt: facta enim etiã fuit memoria noſtra.Sed quomodo,inquies, oẽs mirati homines adeò nõ ſunt,vt deũ ipſum putarent?Quia videlicet humanum genus magna deſidia,& ꝑteruitate tunc tenebatur:pręterea vnũ hoc duntaxat fuit miraculum,quod factũ citò pręteriit, adeò vt nemini cura fuerit cauſam eius inquirere. Ad hæc longa ĩpietatis cõſuetudine hoĩes deprauati fuerunt,& cauſam ignorantes putabant fortaſſe naturali quadam id eclipſi accidiſſe. Cur autẽ miraris de aliis qui nec ſciebant quicquã,& ſegnitie deiecti nõ quæſierũt, quum etiam illi qui in Iudęa viuebant, poſt tot tantaq; miracula aduerſus eũ inſurgerent,quanuis planum fuerit ab ipſo illud geſtum fuiſſe.Propterea enim in fine clamat tenebrarum,vt intelligerent adhuc ipſum viuere,& ab eo tenebras factas fuiſſe,vt meliores hac ratione fierent. Dicit enim: *Eli Eli lama ſabachthani.* Vt vſque ad extremum ſpiritum honorari ab eo patrem & non eſſe illi aduerſariũ diſcerent.Quapropter & propheticã vocem emiſit, veterẽ approbãdo ſcripturam,& Hebraicè dixit, vt probe eiuſdẽ

ipſum

ipſum eſſe cum patre volũtatis perciperẽt. Tu aũt etiã hoc locovecordiã illorũ,& petulantiã perſpice. *Putauerũt enim, inquit, Heliam ab eo uocari, & aceto ilico ipſum potauerunt. Alius autẽ impetuoſe accedens, lancea coſtam eius percuſſit.* Quid his omnibus iniquius vnquã excogitari poteſt, qui eò impietatis deuenerunt, vt mortuũ iã corpus vexarent? Tu verò conſidera, quomodo ad noſtrã ſalutẽ proteruitate illorum vtitur. Hoc enim vulnere facto, ſalutis noſtræ fontes è co Ioã. 10.
ſta ſua emanarunt. *Ieſus autem clamans magna uoce emiſit ſpiritum.* Hoc eſt illud quod dixerat: Poteſtatẽ habeo ponere animam meam, & poteſtatem habeo rurſus ſumere eam. Idcirco enim magna voce clamauit, vt oſtendat ſua hæc poteſtate fieri. Marcus autem dicit, miratum fuiſſe Pila- Mar. 15.
tũ, ſi iã mortuus erat. Sed Centurio quoque ideo maximè credidit quia ſua ipſum ſponte, & poteſtate mortuum pſpexit. Hæc vox velum templi ſcidit, monumẽta aperuit, & tẽplum ipſum in deſolationẽ redegit: quod fecit, nõ quia tẽplũ cõtẽneret, quomodo enim illud deſpiceret, q dicebat, Nolite facere domũ patris mei negociationis domũ? ſed ſi- Ioan. 2.
cut etiã qui Babyloniis illud tradidit, indignos oſtẽdit illos eſſe, qui in eo cõuerſarentur. Propterea prophetia quædam hoc erat futuræ citò, ac perpetuæ deſolationis, & mutationis rerum ad maiora atque ſublimiora, & ineffabilis ſuæ ſignum virtutis. Sed ad hæc omnia reſurrectio quoq; mortuorum ſecuta omnipotentiam eius oſtendit. Heliſæi 4. Re. 13
enim tempore, quum mortuus vnum mortuum tetigiſſet, ſurrexit: nunc autem corpore in patibulo pendẽte, vox ſola mortuos excitauit. Huius enim illa figura fuit, quoniam ideo factum eſt, vt hoc facilius crederetur. Nec mortui ſolũ excitantur, verumetiam lapides ſcinduntur, & terra cõcutitur, vt hinc percipi poſſet, illos quoq; facile dirumpere potuiſſe. Nã qui lapides ſcidit, qui terrarũ orbẽ tenebris obduxit, multo magis illos ſi voluiſſet, perdere potuiſſet: verũ noluit, ſed vires ſuas in elementis oſtendens illos ex clemẽtia ſaluare volebat: ſed nõ fuerũt illi remiſſiores. Talis quippe proteruitas inuidiæ eſt, vt nõ facile terminetur: ſed tunc quidem vel aduerſus ea quæ mirifice fiebant impudentiſſime reſiſtebant: poſtea verò cũ obſignato monumẽto, & caterua militũ cuſtodiẽte ſurrexit, ac ab ipſis cuſto

dibus

dibus quum ſurrexiſſe ipſum audirent, non dubitarũt argẽto illos corrumpere, vt reſurrectionem Chriſti obfuſcaret. Noli ergo mirari, ſi tunc etiã mente capti videbantur, quũ ſemel ad omnia ex impudentia perperam agenda præparati eſſent. Sed illud diligẽter conſidera, qualia ſigna nũc fecit, alia è cęlo, alia in terra, alia in ipſo templo, tũ vt diuina eius indignatio cognoſceretur, communiſſima iam futura, quæ ante abdita fuerunt penetralia, & quod cæli hominibus aperientur, & res ad vera ſancta ſanctorũ deriuabitur. Et illi quidem dicebant, Si rex Iſrael eſt, deſcẽdat de cruce: ipſe verò totius ſe orbis regem oſtendit. Illi dicebãt, Vah qui diſſoluis tẽplum hoc, & in tribus reſtituis diebus: ipſe autem quomodo penitus deſolabatur ſignificauit. Ille alios ſaluabit, ſeipſum ſaluare non poteſt: ipſe verò pendens de cruce, in ſeruorum corporibus abundantiſſimè illud oſtẽdit. Nã ſi magnũ eſt Lazarũ excitaſſe, multò mai⁹ ꝑfectò eſt multos iã olim mortuos in vitã reduxiſſe, quod reſurrectionis futuræ ſignũ fuit. Multa enim corpora ſanctorũ qui dormierũt, erecta in ſanctã introierũt ciuitatẽ, & multis apparuerunt. Sed Centurio quoq; tunc gloriã reddidit deo, dicẽs: Verè iſte homo iuſtus erat. Turbæ deniq; quæ ad videndũ exierant, pulſantes pectora ſua reuertebãtur. Tãta crucifixi virtus apparuit, vt poſt illas contumelias, poſt vituperationẽ & cædẽ, tã Centurio q̃ populus cõpuncti fuerint. Quidã autẽ dicunt hunc Cẽturionẽ in fide poſtea roboratũ adeo fuiſſe, vt etiã martyrio ſit coronat⁹. *Erant autem illic mulieres multæ à longe uidentes, quæ ſecutæ fuerant eum, Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.* Hęc mulieres illæ facta videntes, quia natura magis compatiuntur, ſummopere flebant. Diligenter aũt conſidera, quãta illarũ cõſtantia eſt. Sequebantur ipſum miniſtrantes ei vſq; ad pericula, præſentes omnia ſpeculatæ fuerũt, quomodo clamauit, quomodo expirauit, quomodo lapides ſciſſi ſũt, cætera denique omnia.

Quare mulieres chriſtũ reſurrexiſſe primæ uiderunt.

Quare primæ quoq; ipſum quũ ſurrexiſſet viderunt, & ſexus qui maximè fuit condemnatus, primus honorũ contẽplatione ꝑfruitur: qđ maximè fortitudinẽ illarũ ſignificauit. Diſcipuli enim fugierũt, illæ permanent, ſoror matris eius, hãc enim Iacobi appellat, & cęterę. Ali⁹ aũt Euãgeliſta dicit,

ſta dicit, quia multi etiam ſe propter hæc facta cædebant, & pectus percutiebant: quod ſummopere Iudæorũ ante oculos ponit crudelitatẽ, quibus enim cæteri flebãt amarè, his illi gloriabantur. Nã & ſi magna ira dei, imò verò furore ea ſigna forent, tenebræ ſcilicet, dirupti lapides reſciſſum velum, motus terræ, nec timore tamen vllo repreſſi, nec miſericordia flexi ſũt. *Acceſſit aũt Ioſeph, & petiit Chriſti corpus.* Hic erat Ioſeph qui quanuis prius occultabatur, rem tamen poſt mortem Chriſti ſubiit arduam. Nõ enim ignobilis quidã erat, neq; ignotus, ſed ex cõſilio vnus atq; inſignis: vnde fortitudo eius maxima admiranda eſt, quũ propter amorem Ieſu periculum mortis ſuſceperit, & vniuerſorũ ſe odio tradiderit: exanime quippe corpus petere auſus, non ante deſtitit q̃ impetrauit. Nec ſolum animum eius, quia petiit, & non paruo impẽdio ſepulchro tradidit, ſed nouo quoq; ſuo monumento cognoſcimus: quæ res nõ temere accidit, ſed diuinit[9] fuit diſpẽſata, ne aliũ, nõ Chriſtũ ſurrexiſſe ſuſpicio fieret. *Erant aũt Maria Magdalena, & altera Maria contra ſepulchrum ſedentes.* Cuius rei gratia iſtę aſſident? Nihil magnum aut ſublime, vt oportebat de ipſo cogitabant, Ideo & vnguenta tulerunt, & diutius morabantur, vt ſimul ac per furorem Iudæorum liceret, ad vnguendum ipſum accurrerẽt. Vides mulierũ fortitudinẽ? vides pium erga ipſum amorem? vides liberalitatem in pecuniis? vides animũ vel mortis pericula contemnentem? Imitemur has mulieres nos viri, nec deſeramus in tẽtationib[9] Dominũ: illæ certè vel in mortuũ tantã pecuniam ediderunt, vitæ pericula non formidãtes. Nos aũt, eadẽ enim mihi dicenda ſæpius ſunt, nec famẽſcentẽ quidẽ alere, nec nudũ induere volumus, ſed cum mendicare ipſum videamus, ſponte præterimus. Et certè ſi ipſum Chriſtũ nũc videretis, non dubitaret vnuſquiſque veſtrũ vniuerſam ſubſtantiã erogare: verũ nunc terunciũ non erogas. Nõ audis dicẽtẽ: Quod vni ex minimis meis facis, mihi facis? Nihil nẽpe intereſt, ſiue huic pauperi, ſiue ipſi Chriſto dederis. Nihil enim minus habes his mulieribus quæ tunc Chriſtũ alebãt, imò verò, ſed nemo his verbis turbetur, multo etiã maius, Non enim eſt æquale ipſum Dominũ præſentẽ alere, cuius præſentia vel lapideum ad ſe animũ attraheret, &

Nulla differẽtia, ſi ue paupe ri ſiue Chriſto de deris.

propter

Plus eſt, ipſũ Chriſtũ in pauperibus, q̃ præſentẽ alere.

propter eius verba duntaxat pauperes, medicos, ægrotos alere atq; curare. Quippe tũc etiam ipſa facies & dignitas præſentis, quæ cũ videtur, parturit, quod facis, modò autẽ vniuerſa hæc liberalitatis & miſericordię tuę ſunt: accedit quod maioris erga Chriſtũ reuerẽtiæ ſignũ eſt, quãdo qui dẽ ideo cõſeruũ tuũ in omnib⁹ diligẽter paſcis atq; curas. Quid igitur noſipſos deſerentes, in illa ſtudiũ omne cõſumimus, quæ migrantes habere nõ poſſumus, & frequenter nec hic manẽtes retinere, cum ita locupletari liceat, vt nõ tãtũ hic, verũ & illic ditiſſimi videamur? Qui nanque loca, domos, & aurũ in anima circunfert, vbicunq; viſus fuerit, cũ his videtur diuitiis. At ĩquies: Quomodo poteſt hoc fieri? Poteſt & cũ maiori facilitate. Nã ſi in cælũ ea tranſtuleris per pauperũ manus, ĩ anima tua repoſueris omnia, & licet iam mors ingruat, illis te nemo priuabit, ſed tranſibis & illic locuples. Talẽ habebat & Tabitha theſaurum. Propterea non domus eam prędicabat, neq; parietes, neq; lapides, neq; colũnæ, ſed induta viduarũ corpora, & manãtes lachrymę & fugitiua mors, vitáq; refloreſcẽs. Talia nobis quoq; cõparem⁹ horrea, tales domos ædificemus, & ita deũ habebimus cooperatorẽ, & ipſi eius cooperatores erimus. Ipſe nanq; pauperes, cũ non eſſent produxit: tu vero productos & factos, fame & reliquis ærũnis tabeſcere nõ ſinis, ſubueniẽs corrigẽs vndiq; dei templũ labẽs: cui quid vnquã æquale fuerit & ad vtilitatis & dignitatis rationẽ? Si verò nondũ apertè didiciſti. quali te decorauit ornamẽto, paupertatẽ ſubleuare iubens: illud intra te cõputa: ſi tibi talẽ dediſſet poteſtatem, vt labẽs cælũ ſuſtinere poſſes, nónne per id opus honorando te multo maiorẽ exiſtimaſſet? En igitur maiori te dignum fecit honore? Quod enim cælis eſt dignius, hoc tibi reſouẽdum cõmmiſit. Apud deũ enim viſibilium nihil homini par. Nam & cælũ & terrã & mare propter eũ fecit, & in eo magis quàm in cęlo delectatur inhabitans. Et tamen nos & hæc ſciẽtes, nullam dei tẽplorum curam gerimus, aut prouidentiã, ſed eos neglectũ iri ſinentes, nobis magnas & ſplendidas domos paramus. Et ideo cunctis priuatis ſumus bonis, & valde pauperibus pauperiores: quoniã has ornamus ædes, quas hinc migrantes aſportare nõ poſſumus, & illas omittimus, quas nobiſcũ

Nota.

poſſumus

poſſumus ſimul ducere: diſſoluta nanq; pauperũ corpora omnino reſurgẽt,& his productis,qui hæc imperauit de⁹, eos qui curam ipſorum geſſerint, laudabit,& admirabiles reddet,ꝙ eos iam caſuros,nunc quidem præ fame,nũc verò præ nuditate & gelu omnibus modis refocillarunt. Veruntamen & tot nobis laudibus propoſitis,adhuc ceſſam⁹, & ad hanc pulchrã torpemus curam. Et Chriſtus quidem non habet,vbi caput ſuum reclinet,ſed circumiit peregrinus,& nudus,& eſuriẽs: tu verò ſuburbana,thermas,& porticus, innumeróſq; paras thalamos incaſſum & fruſtra: at Chriſto nec exiguum cõmunicas tectũ,coruis aũt, & miluis faſtigia exornas. Quid hac pei⁹ ſtupiditate? Quid hac inſania grauius: Inſania ſiquidẽ hæc ſunt extrema. Quin potius qcquid aliquis dixerit,dignũ protulerit nihil. Verũtamẽ ſi volumus, ægritudinẽ,licet grauẽ,repellere poſſumus. Nec ſolum fieri poteſt,ſed & facile. Nec facile ſimpliciter,verũ & multo facilius ab hac peſte liberari, quàm à corporalibus morbis,quanto maior eſt & medicus. Eum igitur alliciamus,& vt adiuuet rogemus,& à nobiſipſis debita conferamus,voluntatem dico,& prõptitudinem: nihil enim aliud exigit. Sed ſi hęc accipiat ſolum,à ſeipſo cũcta depromet. Impendamus itaque noſtra,vt & hic puram aſſequamur ſanitatẽ,& ad futura perueniamus bona, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui gloria,imperium, honor & adoratio,nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

Oratio ſub compendio omnes ſeptem petitiones, in precatione dominica expreſſas, complectens.

Pater noſter qui es in cælis.

OMnipotens ſempiterne deus,qui te perſonarum delectu, communem omnium cæleſtium patrem,ut cæleſtes eſſemus filii tui appellari dignatus es,

Sanctificetur nomen tuum.

Da nomen tuum ſanctiſſimum in nobis candore & exemplo innocentis uitæ ſanctificari: ut cuncti per nos bonitatemque noſtram, & uirtutes quas in nobis operaris, te ſanctificent, & glorificent.

Adueniat

Adueniat regnum tuum.

Da ut regnum gratiæ & miſericordiæ tuæ in pectora noſtra ueniat, ut regni gloriæ & maieſtatis participes fieri mereamur.

Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra.

Da ut uſque ad mortem, tuam diuinam ſequamur uoluntatem, & exẽplo cæleſtiũ ciuiũ, concordes & trãquilli unanimi ſpiritu cõpreſſis carnis uiribus, mundiq; & diaboli uictis blandimentis, tuæ ſanctiſſimæ uolũtati nũquam reluctemur: ſed in omnibus obſequamur.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Da corpori noſtro neceſſarium uictum, ut tibi liberius ſeruiamus. Da nobis precamur o pater, panem illũ cæleſtem, corpus Ieſu Chriſti filii tui, cibum & medicinam animæ noſtræ. Da nobis panem diuinorum præceptorum in ueritate factorum, ut in his pro affectu ambulemus, & nos exerceamus. Da demũ nobis panem diuini uerbi, quod animæ noſtræ fulcit ſubſtantiam: ut his alimentis ſaturati, ad cæleſtem ſaturitatem, ubi nulla eſuries eſt, peruenire mereamur.

Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Da ut hoſtibus & lædentibus nos ſimus placabiles, & in nos commiſſa errata ultro remittamus, ut te quoque in remittendis erratis noſtris facilem & clementem inueniamus.

Et ne nos inducas in tentationem.

Da ne toti in tentationes inducamur, ut toti perdamur, Sed in omnibus tentationum periculis, & mediis afflictionum fluctibus paternum nobis adeſſe ſentiamus præſidium, ne tentatoris malis artibus uicti in ſempiternum pertrahamur exitium. Sed inſtar uaſorum figuli probati, & tentationum igne purgati, curſum noſtrum conſummamus, bonumq; certemus certamen tecum uicturi, in omniũ tentationum uictrice ciuitate cæleſti, in omnia ſecula.

Sed libera nos à malo.

Da demum clementiſſime pater, ut ab omnibus corporis & animi, præſentibus & futuris malis, tua benignitate liberemur, & olim fœdiſſimi patris noſtri diaboli iugo, per Ieſum Chriſtum filium tuum excuſſo hæreditatem cæleſtis regni, ſanguine eiuſdem filii tui, nobis filiis tuis partam, perpetuo poſſideamus, & inter angelicos choros beatosq; ſpiritus cæleſtibus deliciis ſemper perfruamur, patrocinante nobis benignitate atque gratia Ieſu Chriſti ſeruatoris noſtri, cui, & tibi patri noſtro ſpiritui ſancto imperium, gloria & honor, nunc & in omnia ſecula, Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.